

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images repraduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Early Eurapean Books, Capyright © 2011 PraQuest LLC.
Images repraduced by caurtesy af the Bibliateca Nazianale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

INCUNABULI
B
7
13
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze

B. 7. 13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Historia delle
Guerre fra la
Repubblica di Roma,
e quelle di
Cartagine, Sparta,
Atene, et altre della
Grecia

Stampato in Roma
l'Anno MCCCCLXXIII.

Anno 1489.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

IN

Bibl
Ce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Nicolai Perotti in Polybu hiſtoriarú libroſ probemiú incipit feliciter ad Nicolaum. V. pontificem maximú.

Bſolui tandē aliq̃ndo delegatú mihi abſte munuſ Pōtifex maxime conuerſiſ in latinú ſermonē quíq; libriſ Polybii: qui ſoli nobiſ ſupſtiteſ ex ampliſſima illiuſ hiſtoria remā/ ſere. Quare immortalem ſuperiſ habeo gratiam: quorú maieſtate ſuggerente mihi fauorem opuſ perfeci: ut optatú Sanctitati tue ita niſi me animuſ fallit gratiſſimum futurum. Tibi uero ingēteſ ago gratiaſ: agamq; dum uiuam: qđ me unum ex multiſ: cui hoc munuſ delegareſ elegiſti. Nam per immortalem deum quid mihi uel impreſentiarum gratiuſ: uel ad poſteritatiſ memoriā gloriōſiuſ iniungi potuit: q̃ ut ueterem atq; reconditam: ſed tamen egregiam ac luculentam preſtantiſ et ſinceri auctoriſ hiſtoriam in lucem proferrem: & quaſi de nouo ſcribenſ: noſtriſ hominibuſ tanq̃ per manuſ traderem. Mihi quidē ita iocūduſ hic labor fuit: ut maiorē mihi fingere uoluptatem ne uoto quidem potuiſſem. Primú quod morem gerebam uoluntati tue: cuiuſ maxima ſemper ac pene im/ mortalia fuerunt erga me & meoſ beneficia. Deinde quod tanta uarietate rerum & copia mirum immodum oblectabar. quiſ enim ſuauior animo cibuſ offerri poteſt: q̃ lectio hiſtorie? huiuſ p̄ſer/ tim in qua cum magnitudine ac diuerſitate rerum geſtaꝝ ſplēdor quoq; uerborum coniunctuſ eſt: & ſuauitaſ orationiſ quibuſdā q̃ſi luminibuſ ſententiarum reſperſa: ut mihi uideatur uno in opere Polybiuſ: & ſummuſ hiſtoricuſ: & orator maximuſ: & optimuſ phi/ loſophuſ fuiſſe. Poſtremo q̄ nō mediocrē me apud noſtroſ hoſteſ gloriam conſecuturū ſperabam: ſi mea opera tam p̄claruſ auctor ex peregrino aliquando romanuſ factuſ eſſet: & ommiſſa gentili lingua latine loqui diditiſſet. Verūtamē omnem hanc meam uo/ luptatem atq; hoc omne ſolatium nō paꝝ ad extremú cōturbauit imperfectio operiſ qđ ex quadraginta ab illo editiſ uoluminibuſ uix quinq; prima nobiſ ſuperſunt. atq; hec quidem ad apparatum ceterorum ſcripta: ut mihi certe uideatur quaſi de induſtria huiuſ auctoriſ ſermo iterruptuſ dum cōparata ueluti quodam exordio auditorum benuolentia: atq; omnium auribuſ ſibi conciliatiſ: rem ipſam aggreſſuruſ erat: de qua agebatur. O grauem deteſtabilēq; iacturam. o cladem eo magiſ ab omnibuſ deplorandam: quo nemo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

non modo ex grecis: uerū etiā ex latinis historicis: Romanorum res gestas uel uerius uel copiosius uel maiori cum diligentia com/ plexus est. Scripsit.n.ut facile ex his quinq; libris intelligi potest: quecunq; a Romanis sunt gesta a tempore: quo primum extēdere manus extra latium ceperūt quousq; totius orbis imperium adepti fuere. Atq; hec ita scripsit ut latini fere omnes eum deincepś sint secuti. Nā ut de reliqs taceā: manifestissimis argumentis: deprehēdi potest Titum liuium patauinum: historicorum apud latinos prin/ cipem hūc potius q̄ Fabium pictorē aut Pisonē quos ipse mēorat secutum fuisse. quippe & in iis in quibus Polybius illos reprehēdit Polybii sententiam haud obscure sequitur: & ita nonnun q̄m illius uestigus inheret: ut mihi quidem uigesimus primus liber Liuii ex tertio Polibii libro fere ad uerbum translatus esse uideat. Ac nihil sane inter eos interest nisi q̄ Liuius aliquāto breuius res gestas refert. Polybius diffusius. Liuius portenta ac prodigia plurima & oracula ac uisiones deorum commemorat. Polybius his omnibus dimissis precepta quedam inserit ad uite institutionem necessaria. Postremo Liuius cōtiones integras atq; directas: Polybius obliq̄s exponit. Quibus in rebus uter eorum magis sit probandus: nō est mei uel ingenii: uel etatis iudicare. quippe qui ne admirari quidem satis eorum uirorum doctrinam pro merito possem. Verum eqdē in Polybio breuitatem non desidero: in Liuio interdum fortasse aliquid latius. Floscli uero sententiarum quos operi suo Polybi/ us inserit: magis profecto mihi mentem implent: q̄ portenta Liuii atq; prodigia. Quid enim dici minus credibile potest q̄ aut appa/ ruisse deū Hānibali: aut igeniū infantē semestrē in foro olitorio triumphum clamasse: aut bouem sua sponte in tertiam contigna/ tionem ascendisse: aut in agro piceno lapidibus pluuisse: aut aliud quippiam huiusmodi factum esse: que res ne ab eo quidem sūt cre/ dite a quo scribuntur: nec digne sunt que in somnijs uise referant. Nam de obliqua oratione manifestum est quid Trogus pompeius senserit qui ut Iustinus refert in Liuio & Sallustio reprehendere solebat q̄ contiōes directas pro sua oratione operi suo inserendo historie modum excessissent. Sed quo magis in hoc uagatur ora/ tio mea: eo magis augetur mihi luctus & commiseratio quedam de tanta clade iacturaq; librorum. O si reminiscerent Polybius atq; hāc deformatam operis sui faciem agnoscerent uix octaua sui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

parte ſupſtitiſ: q̄ moleſte: q̄ grauiter: q̄ acerbe ferret perlatoſ a ſe
in caſſū tot laboreſ: tot fruſtra eutgilataſ nocteſ: tot a ſe ſuſceptaſ
tām breui tempore euanituraſ atq; occaſuraſ cogitationeſ. Quā q̄
eandem fortunam alii quoq; infiniti tam greci q̄m latini auctoreſ
ſunt experti. Quantum enim in utraq; lingua a doctiſſimiſ uiriſ
relictum legimuſ: quantulū eſt qđ ſupereſt librorum? Quod uitio
temporum accidiſſe manifeſtum eſt. Nam quia hominеſ longo tā
tempore optimarū artium ac diſciplinarum rudeſ atq; ignari erāt
nullo in pretio habebantur libri: & aut ſitu ſqualoreq; paulatim
marceſcebant aut aromatibuſ ac penſis mulieribuſ tegendis dilace/
rabantur. Omnem autem huiuſ rei culpam in principeſ eiuſ ſeculi
refundendam arbitror: neq; enim idcirco illiteratoſ fuiſſe eoſ hoieſ
exiſtimo: q̄ aut tardiori ingenio: aut imbecilliori memoria eſſent
q̄ uel preſenteſ ſint: uel ueteres illi fuerint. Sed quia ea tempeſtate
ciuitatum prīcipeſ nimio luxu ad ſegnitiem ſe corporemq; cōuer/
terunt ſimileſ quoq; reliquoſ ciueſ euadere neceſſe fuit. Eſt enim
ita comparatum ut qualeſcunq; ſummi ciuitatiſ uiri fuerint: taliſ
quoq; ſit reliqua ciuitaſ. Et quecunq; morum immutatio in prin/
cipibuſ extiterit: eadem ſemper in populo ſequatur. Quoniā ergo
illiterati principeſ erant: ceteri quoq; rudeſ erant atq; indocti. q̄
ſi q forte ad ſtudia ſe cōtuliſſent: nulluſ honor nullū premiū pro/
ponebat: que reſ in primiſ accendere atq; inflammare hominеſ ad
ſtudia conſueuit. Nam ſicuti temperieſ ac clementia aeriſ copiam
atq; ubertatem frugū: ita humanitaſ & honor & beneficentia p̄n/
cipiſ bonaſ arteſ excellentia atq; ingenia producit. Quid tandem
cauſe fuiſſe arbitramur q̄ tempore Alexādri regiſ multa clariſſi/
morum uirorum ingenia floruerunt. Nempe quia & ipſe doctuſ
erat: & doctoſ maximo in honore pretioq; habebat. Fuerunt.n.
cum interiecto poſt illiuſ mortem tempore Archeſtratuſ nobiliſ
poeta preter modum inopia promeretur dixiſſe ei quendam: Tu
uero ſi Alexandri etate fuiſſeſ in premium cuiuſlibet carminiſ Cy/
prum aut Phenicem habuiſſeſ. Lycon uero Scharpēſis comi/
cuſ poeta Alexandri equaliſ cū audiente illo comedam recitaſſet:
in qua uerſum quendā neſcio quid eriſ petentem inſeruerat cōfeſti
decem talentiſ donatuſ eſt. Hac eadem ratione Athenienſium &
Lachedemoniorum & Romanorum tempore multi clariſſimi uiri
floruerunt. Sed ne ueterum dūtaxat exempla ſectamur: que cā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

est q̄ impresentiarum ita uigeāt studia litterarum: & tot se ingenia hominum proferant atq; ostentent? Profecto quia te principem habent Nicolae quinte pontifex maxie: qui ut es in omni doctri/narum genere excellens: ita doctos & studiosos omnis sustentas: suscipis: foues: amplecteris. Quando enim memorie proditum est in tanta ueneratione litteras seu litteratos homines habitos fuisse: quanta hoc tempore habentur: quo uel primi abste uel soli ho/norantur. Sub quo rege siue imperatore siue re.p. tantam unā̄m liberalitatem ac beneficētiam sunt experti: quantam sub te optio ac clementissimo pontifice experiuntur? Testes huius rei possem afferre q̄plurimos nisi excedere probemii modum uererer. quis est. N. non modo in italia uerum etiam in grecia atq; adeo omni orbe terrarum uel mediocriter doctus: qui hactenus liberalitatis tue periculum non fecerit: ut iam uulgatum apud omnes gētes sit munera tue Sanctitatis omnium ueterum. principum & impera/torum & regum munificentiam non modo equare: uerum etiam longo ut aiunt interuallo excedere. Quamobrem omnes iam spe premii glorieq; erecti ad studia litterarum incumbunt & pro sua quisq; facultate aut componūt nouum aliquid aut grecum trās/rūt multi etiā uetera & iam obsoleta ac fere depdita congrūt. Ex quo fit ut ego maximas immortali deo habeam gratias quod mihi datum sit nasci temporibus uite tue: neq; desperem aliquando fu/turum ut sicuti multa antehac tuis auspiciis reperta sunt que prius abdita erāt ac prorsus ignota ita reliqui quoq; Polybii libri in lu/cem redeant. Quod si nobis fata concesserint: non recuso quantu/lūcunq; mihi uite deincepś superum uoluntate erit: q̄ntūq; a cura & seruitio principis mei mihi dabitur ocii ad eorum translationem conferre: tuum modo mihi numen absit Summe pontifex: tantūq; ingenii aspiret: quantum eius operis magnitudo uidebitur postu/lare. Interea si quādo te a gubernaculis ecclesie Romane ad otiū transtuleris: horum quinq; uoluminum lectione animū oblectabis. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Nicolai Perotti historiarū Polybii liber primus incipit feliciter.

SI ab iis qui res gestas ante nos scripserūt laudē historie p̄termissam esse contingeret: fortasse necessarium uideretur ut in nostri operis initio uniuersos ad suscipiēdam capescēdāq; historiā hortaremur: quū nulla hominibus facilior ad uite institutionem uia sit q̄ rerū ante gestarū cognitio. Verum cū nō aliqui neq; aliq̄tenus: sed omnes ut ita dicam hoc principio hocq; fine utantur: ut uerā, disciplinam exercitationemq; ad res ciuiles historie cognitionē esse dicant: eamq; solam ob exemplā alienorum incōmodorū effectri/cem & magistram: ut quis possit fortune uarietatem equo animo ferre: profecto neminem puto iudicaturum necessarium fuisse: ut de iis que recte & a multis dicta sunt: denuo sermo haberetur: a nobis presertim quibus nouitas ipsa rerum de quibus scribere insti/tuimus: satis superq; est: ad hortandos alliciendosq; omnium: tum iuuenum: tum natu grandiorum ad hanc nostram historiā aios. Quis enim adeo est hominum uel prauus uel ignauus qui nosse re/fugiat quo modo: quo ue regēdi genere uniuersę totius fere orbis nationes domite & intra trium & quinquaginta annorum spatium imperio populi Romani subiecte fuerint? id quod ante id tēpus uisum fuerat nunq̄. Aut quis rursus ita ceteris spectaculis ac disci/plinis deditus atq; affectus est ut aliquid huic cognitioni p̄ponēdū ducat? At q̄ grande q̄q; excellens sit hoc nostrum opus palā erit: si p̄cipatus qui maxime & dignitate & gloria floruerūt de q̄bus āplissime scripserūt historici Romani ipsi excellētie cōparabimus. Digni autē hi tandē sunt qui cōparētur. Persarum quibusdā tē/poribus magna potentia fuit. Sed quotienscunq; transgredi Asie terminos ausi fuere: non in principatus solum uerum etiam in p̄ti capitis periculum inciderunt. Lacedemonii quum diu de grecorū imperio certauissent: tandem desiderii sui compotes facti: uix ānos duodecim imperare libere potuerunt. Macedones in Europa qdē dominati sunt ab Adria ad flumen Istrum: que exigua quedam eius regionis pars est: postea debellatis Persis Asie quoq; p̄ncipatū habuerunt. Sed tamen hi quoq; & si complurium rerū atq; locoꝝ domini fuēre: magnam tamen orbis partem intactam reliquerūt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Nam de Sicilia Sardinia Africa ne contendere quidē ceperūt: ferociores uero Europe nationes & que magis ad occidētē uergūt uix ut sic dixerim cognouere. Romani non aliquam orbis partē sed uniuersum fere orbem subiugarunt.

Ceterum initium nostri operis erit a temporibus quidē Olympias centesima & quadragesima: a rebus uero gestis: apud grecos quidē bellum sociale appellatum: quod primum cū achaeis aduersus etolos Philippus incepit Demetrii filius ac Persei pater. Apud eos uero qui Asiam colunt bellum Syriacū quod Antiochus & Ptolemeus philopater inuicem gesserūt. In Italia uero & Africa bellū Romanorum Carthaginensiūq; quod complures bellū Hannibalis appellant. Hec autem ea sequentur: que sunt ultimo loco a Sicyonio scripta.

Ante hec igitur tempora bella diuersis in locis sparsim gesta sunt. Postea uero euenit ut in unum quasi corpus calescerent historia: & res italice libyceq; cum Grecis atq; Asiaticis miscerentur: & ad unū finem omnia tenderent. Quapropter & exordium nostri operis ab eo tempore sūpsimus: etenim cū in eo bello Romani Carthaginenses superassent: maiorem a se partem tam gestam rati quo uniuersum aggredi possent: eo primum tempore ausi fuerūt ad reliq̄ manus extendere & cum potentia ac uiribus in Greciam Asiamq; traicere. Quod si eorū mores atq; instituta q de principatu orbis inter se contenderunt cognita perspectaq; haberemus fortasse nō esset opus altius repetere quibus uiribus quaue potentia freti tales tantasq; res aggressi fuerunt. Verum quum neq; Romani populi neq; Carthaginensium instituta compluribus grecorum nota sint neq; eorum uires neq; res geste: necessarium arbitrati sumus hunc & sequentem librum anteq̄m historiam ingrederemur prescribere: ne quis forte quū ad lectionem nostri operis se contulerit dubitare possit quo cōsilio qbusq; uiribus aut facultatibus fretus Romanus populus eo animūm induxerit: quo & orbe terrarum & uniuerso mari nostro potiret. Quū potius ex his principiis atq; hac nostra preparatione manifeste omnes intelligant: necessarias Romanos facultates habuisse quibus & rem talem tantamq; aggredi & desiderii sui compotes fieri potuerunt. Nam & huius nostri operis & rerum hac tempestate gestarum pulchritudo in primis hec est: qđ quēadmodum fortuna omnes fere totius orbis terrarū res ad unā partem inclinauit & omnia ad unum eūdēq; finem referri coegit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ta etiam per historiam uniuersa eo ordine quo gesta sunt facile scribi & simul omnia cerni atq; uideri possunt. Hoc autem uel in primis nos animauit ad scribendam historiam: simul quod tempo/ribus nostris nemo adhuc fuit: qui in uniuersum res gestas scribere uoluerit. Nam id multo minus nos fecissemus. Verū quū plerosq; uideremus singillatim bella quedam particularia & res in illis gestas annotasse: uniuersalem uero & ut dicam coniunctam rerū gestarq; cōmemorationem: quando aut unde ceperint quomodo geste sint quem finem habuerint: neminem prorsus quod mihi notum esset usq; in presentem diem attigisse: operepretium fore censumus si nostra opera daretur hominibus nostris facultas legendi id quod optimum simul & utilissimum fortune opus fuit. Nam quum multa in uita hominū fecerit preclara illa quidem & admiratione digna: nihil tamen usq; in presentem diem fecit quod sit rebus nostri tē/poris comparandū. que res quidem ex iis qui priuatas scripserūt historias minime intelligi posset. Nisi forte qs sit qui quum pre/claram aliquam ciuitatem trāsierit: aut seorsum pictam uiderit: *transierit.
putet se propterea uniuersi orbis situm: figuram: atq; ordinem in/tellexisse. Quod nullo modo uerisimile est. Ac mihi quidē uidenē qui p particularem historiam satis itelligi posse uniuersa existimāt non minus a uero deflectere q̄m si quis cum animati atq; formosi corporis separatas inuicem partes consideret: putet se propterea omnem eius animalis pulchritudinem atq; ornatum intellexisse. .x. enim.
Etenim si quis distinctas illas ac separatas partes sumat cōiungatq; inuicem & animal adhibita forma atq; ornatu animi perfectum efficiat: deinde id rursus illis ostendat: profecto fateantur se lōge antea aberrasse: similesq; somniantibus fuisse. Quendam enim cō/ceptum totius uisis partibus facere certe licet certam uero scientiā ac cognitionem eius habere impossibile est. Quapropter paululū conferre posse particularem historiam putandum est ad uniuersi noticiam ac cognitionem: ex cōmixtione uero rerum & similitu/dine & differentia: accidere ut nemo sit qui ea legens singularem non capiat ex historia fructum ac uoluptatem. Faciemus autē principium huius libri primam Romanorum ex Italia transfre/tationē: que est ii cōtinua: que Timeus ultimo loco scripsit. Fuit aūt Olympiade centesima & uigesima nona. Quamobrem dicēdū Olympias
quidem est: quomodo quoue tempore res italicas composuerint. quibus facultatibus freti in Siciliam transfretauerit: nam in eam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

terram primo extra italiam sūt profecti: & eius qdē traffretatiōis causa simpliciter & ut ita dicam nude dicenda est: ne causa causam querente totius rei principium & consideratio perplexa sit. Sāmē/ dum etiam tale principiū quod sit temporibus ac rebus cōsētaneū & uniuersis cognitum: quodq; ipsum ex seipso considerari possit etiam si oportuerit temporibus paulo altius repetitis res interea loci gestas summatim commemorare. Nam principio quidē ignoto uel per Iouem sub obscuro: neq; ea quidē que sequuntur persua/ dere aut facere fidem possunt. Quod si opinio de principio uera sit: tunc omnis quoq; consequens sermo: facile auditorum auribus satisfacit.

Annus erat post eam nauale pugnam: qua Cimon Athenien sis Xerxen superauerat decimusnonus: ante bellum uero in Ieuctris gestum quo Lacedemonii pacē cū rege Persarum inierant sextus decimus quum Dionysius senior grecis qui italie oram incolebant circa Elleporū superatis: Rhegium Calabrie ciuitatem obsidebat. Galli uero Romam Capitolio duntaxat excepto: occupabant. Quo tempore Romani percusso cum Gallis federe & preter spem recuperata iterum patrie libertate gerere cum Finitimis bella ce/ perunt: & mox Latinis omnibus superatis bellum Tyrrenis deide Celtis: postmodum Samnitibus intulerunt. Non multo interiecto tempore cum Tarentini ob ea que in Romanorum legatos pa/ trarant se nō satis tutos putantes anno uno ante Gallorū in Italiā aduentū Pyrrū regē ad se uocassent: & simul ii qui apud Delphos erant bello superati in Asiam confugissent. Romani deuictis iam Tyrrenis atq; Samnitibus. Celtis uero in Italia complurib⁹ prelis profligatis: tunc primum in reliquas Italie partes facere impetum ceperunt ueluti iam non de alienis sed de propriis & ad se pertinē/ tibus rebus contendentes: pugnandi artem ex bellis que iam cum Celtis atq; Samnitibus gesserant optime edocti. Acriter igitur huic bello insistentes: Pyrro eiusq; copiis tandem ex Italia expulsis rursus eos quoq; qui cum Pyrro senserant: persequebantur. Ac mox ueluti ex isperato omnium domini facti & uniuersis q Italiā habitabāt preter Celtas subiugatis: deincepsRomanos q Rhegiū tenebant obsidere ceperunt. Proprium enim quiddam ac par du/ abus ciuitatibus que in freti illius angustiis site sunt ea tempestate accidit Messane & Rhegio. Messanam enim non multo ante hec tpa Campani sub Agathocle in Sicilia militantes urbis splēdorem

atq; opulentiam admirati quumprimum patrande rei oblatam sibi
oportunitatem uiderunt per amicitiã intra menia recepti uiolata
federis fide in urbem impetum faciunt. Ciues partim urbe eiciunt
partim trucidant. Vxores liberosq; eorum prout cuiq; in ipso cõ/
flictu sors tulit item postea fortunas agrosq; inter se partiuntur.
Ita pulcherrime opulentissimeq; urbis compotes facti : confestim
huius sui facinoris imitatores repererunt. Rhegini. n. tẽpore quo
Pyrrhus Epyrotarum rex in Italiam copias traiecit aduẽtu eius
deterriti simul qđ Carthaginẽses tunc mari dominãtes metuebãt:
Populi Romani opem atq; presidium postularunt. Missi ab Ro/
manis ad Rheginos: milites aliquãdiu urbem tutati fidem Ciuitati
seruauerũt. Erant numero quatuor milia hominum quibus duces
preerant Decius & Campanus. Sed tandem Mamertinorũ exẽ/
plo permoti & eos tanti facinoris conspiratores habentes ipsi quoq;
Rheginis fidem uiolant tum rei oportunitate tum Rheginorum
opulẽtia pellecti. Ciues alios ex urbe depellũt: alios cedũt. Deniq;
ut Mamertini fecerant Ciuitatem detinent. Romani & si hanc
Rheginorum Calamitatem graui & iniquo animo ferrent: supi/
oribus tamen bellis occupati subsidium ferre non poterãt. Cõfecto
autem bello Rhegiũ ut mox dicebamus profecti: urbem obsede/
rũt ac tandem expugnarunt. Interfectis compluribus qui in ipsa
etiam uictoria prescu que passuri forent si superuiuerent usq; ad
extremum fortissime repugnarunt. trecenti solũ uiui in potestatẽ } 300.
redacti: quos Romam è uestigio missos consules in forũ produci
ac uirgis cedi & tãdem scđm patrie morem securi percuti fecerũt:
quo & illi scelerati facinoris penas darent: & ipsi suam erga socios
fidem quantum fieri posset confirmarent. Vrbem & agros cete/
raq; que superfuerant Rheginis continuo restituerũt. Mamertini
Sicení Campani se capta Messana nuncupabant quamdiu legio
illa Romanorum Rhegium detinuit presidio eorum freti nõ solũ
ciuitatem & agrum suum tutabantur: uerum etiam finitimas ple/
rasq; tum Carthaginẽsium: tum Syracusanorũ ciuitates magnope
infestabant. Nõnullas etiam Sicilie urbes sibi tributarias fecerãt.
Mox uero restituta Rheginis urbe Romana legiõis pẽsidio desti/
tuti ipsi quoq; a Syracusanis obsidionem passi sunt: ob causas qs
dicemus. Non multo ante tempore Syracusanorum copie cum
inter se atq; eos qui Reipublice preerant orta seditio foret duces
sibi creauere Artemidorum & eum qui postea rex fuit Hieronẽ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

admodum quidem adoleſcẽtem: ſed ita uniuerſis nature atq; ingenii dotibus ornatum: ut nihil ſibi Regium preter regnum deeſſe uideretur. Hic ſuſcepto magiſtratu quum tandem caterua amicorũ ſtipatus in urbẽ itroiſſet ac diuerſe factionis ciues ſupaſſet: adeo clemẽter moderateq; uictoria uſus fuit: ut conſentiente unanimi Syracuſanorum omnium: qui non facile in huiuſmodi rebus conuenire conſueuerant: fauore dux iterato crearetur. Hieron igitur confeſtim maiora ſe q̃ ut dux eſſet animo cõcipere manifeſtiſſimis argumentis oſtendit. Principio enim cum Syracuſanos animaduertiſſet quotienſcunq; copias ducesq; eorũ extra urbem mitterẽt: ſeditionibus inter ſe uexari conſuetos. Leptinẽ autem itellexiſſet fide atq; auctoritate iter ceteros Syracuſanos plurimum poſſere & multitudini gratiſſimum eſſe: non inutile futurũ putauit ſi affinitatem cum ipſo contraheret: quo haberet quẽ pro ſe in ciuitate poſſet relinquere: quotienſ eum ad reſ gerendas exire copiaſq; in expeditionem educere oporteret. Accepta itaq; in matrimonium Leptinis filia quum ſciret ueteres Syracuſanorum copias que ex conductis militibus erant inſtabiles eſſe rerumq; nouarum auidas dedita opera exercitum i barbaros qui Meſſanam tenebãt educit caſtriſq; iuxta cẽtoripã poſitis ac ſtrictis circa Cyamoſſorũ fluuiũ acieb⁹ Syracuſanos equites pediteſq; ſecũ tenet quaſi per aliud iter hoſtes aggreſſurus foret. Gregarium uero ac Conducticium militẽ circumueniri ab hoſtibus ac profligari patitur. Ipſe diuerſo itinere cum Syracuſanis omnibus profectus incolumis in ciuitatẽ reuertitur. Liberato per hunc modum ueteranis gregariiſq; militibus exercitu: nouum ipſe fidum militem iterato conducit. Itaq; rebus omnibus diligẽter compoſitis quum barbaros cerneret ſuperiori uictoria ſtulte nimium temerarieq; elatos ipſe cum armatorũ & iam ſatis a ſe exercitorum ciuium manu extra urbem profectus citato itinere ad Nyleum agrum peruenit. Ibiq; iuxta Longani fluminis ripas ingẽs cum barbaris prelium collatis uiribus cõmiſit: Quibus tandem ſuperatis ducibuſq; eorum captis cum barbarorũ petulantiam hac uictoria repreſſam cerneret Syracuſas cum copiis reuerſus conſentiẽte omnium ciuium fauore rex a ſociis appellatꝰ. Mamertini primum Romane legionis ut ſupra diximus preſidio deſtituti deinde hoc graui prelio affecti cum iam fere animis ceciderint: pleriq; ad Carthaginenſes cõfugiunt: eiſq; & ſeſe & arcẽ dedũt. alii ad Romanos legatiõe miſſa ciuitatẽ illis tradũt p̃ſidiũq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ueluti ab eiuſdem generiſ hominibuſ poſtulãt. Romani diu iter ſe quid faciendum eſſet dubitarunt. Perabſurdum enim putabãt ſe qui paulo ante in proprioſ ciues ob occupatũ cõtra fidẽ Rhegiũ tam grauiter animaduertiſſent. Nunc Mamertiniſ qui eiuſdẽ ſceleriſ rei eſſent preſidium ferre. Verũtamen quum Carthaginẽſes cernerent iam nõ Affricam modo uerum etiam pleraq; Hiſpanie loca inſulaſ preterea omneſ Sardonii ac Tyrreni mariſ ui atq; armiſ ſubegiſſe: periculoſam ſibi eorum uicinitatem fore ſuſpicabantur ſi Sicilie quoq; domini fierent. Hanc autem facile in Carthaginenſium poteſtatem uenturam intelligebant/niſi Mamertiniſ ſuppetias mitterent. Etenim Meſſana capta: que eiſ a nonnulliſ ut ſupra diximuſ offerebatur/confeſtim Syracuſaſ quoq; recuperaturoſ haud dubium erat: preſertim quũ reliquum Sicilie ſub eorũ ditione foret. Hec quum Romani cogitarent: ſeruare Meſſanam omnino neceſſarium putabant: neq; pati ut Carthaginenſes quaſi pontem quendam ſibi conſtituerent per quem tranſire in Italiam pro libidine poſſent. Diu tamen hec reſ in Senatu agitata. Tãdemq; cũ iuuare Mamertinoſ turpiuſ eſſe q̃ cõmodiuſ ob patrata ſcelera uideretur/rẽ ifectam Senatuſ dimiſit. At populuſ Romanuſ cum tot belliſ defatigatuſ atq; contritus: iam quiete aliq̃ egere uideretur: & ſimul oſtendentibuſ ducibuſ utilitatem & commodum quod ex ea re prouenire poterat: preſtãdum Mamertiniſ ſubſidiũ iudicauit atq; ea ſententia per plebem cõfirmata: confeſtim alterũ ex conſulibuſ Appium Claudium traducere in Siciliam exercitum & Mamertiniſ ferre ſuppetiaſ iubent. Mamertini de Romanorũ preſidio certioreſ facti: Carthaginenſium Prefectum quem ſuperiuſ poſitum in arce diximuſ: partim terrore: partim dolo ex urbe eiciunt. Appium Claudium ad ſe uocant: ciuitatem in eiuſ manibuſ ponunt. Carthaginenſes prefectũ preſidii quod formidoloſimul atq; ignauia arcem ãmiſiſſet cruci affigũt: ac repente terra mariq; coactiſ copiiſ: claſſeq; circa pelorũ poſita: terreſtribuſ uero copiiſ circa Meſſanam caſtrametati urbem diligentiſſime obſidẽt. Interea temporiſ Hieron oblatam ſibi oportunitatẽ ratuſ ad expellendoſ fugandoſq; e Sicilia barbaroſ qui Meſſanam tenebant: percuſſo cum Carthaginenſibuſ federe Syracuſiſ profectuſ: poſitiſq; ad aliam partem caſtriſ iuxta mõtem quem Calchidicum uocant eum quoq; exitum Mamertiniſ abſtulit. At Cõſul per noctẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nó sine periculo traiecto freto Messanam peruenit. Cúq; hostes cerneret acriter undiq; urbem prementes: quippe qui non modo terra: uerum etiam mari potentiores erant: obsidionem sibi partim turpem: partim periculosam ratus: primum legatis ad utrúq; missis an bello liberare Mamertinos rebus pace cópositis ualeret experiri uoluit. Sed cum neuter hostium Consuli preberet aures ipse coactus subire periculum decernere primú cum Syracusanis statuit. Igitur copias aduersus Hieronem educit: hortatur milites: acies struit. Nec Syracusanorum rex certamini moram facit. Diu acriterq; pugnatur. Tandem uictoria penes Romanos fuit. quippe qui magna parte hostium cesa Regem usq; in castra persecuti sũt. Consul interfectorum corporibus spoliatis se cum exercitu in urbem recipit. Hieron tam plane omnibus rebus suis metuens: proxima nocte Syracusas properat. Postridie eius diei Appius cum Syracusanorum fugam persensisset: auctis animis persequi eos decreuit. Conuocatis itaq; militibus iubet ut curent corpora: dein cũ prima luce e castris proficiscitur: collatisq; cum hoste uiribus partim trucidat: alios cogit in proxima oppida se recipere. In hunc itaq; modum soluta obsidione: per Syracusanorum atq; sociorum agros intrepidus: nemine obuiam eunte incursiones facit: deuastat cuncta: tãdemq; ipsas Syracusas obsidet. Hec prima populi Romani cum exercitu extra Italiam profectio fuit ob eas quas diximus causas: quam cum iudicauissemus totius nostri propositi cõmodissimum fore principium: ob ea potissimum incepimus: repetitis paulo altius que necessaria uidebant: ne quam in reddendis causis dubitationem relinqueremus. Nam quo tẽpore quo ue modo Romani súmo in discrimíe fuerint ipsam quoq; urbem Romam ammittendi: & quando rursus supata Italia exteros subiugare cepit necessarium existimauimus ante omnia exponere: quo magnitudo imperii eorum: que postea sequuta est intellectis eiusmodi principiis simillima ueri uideretur. Quod si in sequentibus quoq; cum de clarís ciuitatibus loquamur aliqd forte paulo altius repetimus nemo sit qui miret. id enim eo consilio facimus: ut principia nostra talia sint. Ex quibus aperte liceat intelligere quo modo qbusue rationibus ad eum quisq; statum peruenerit: in quo in presentia permanet quod hoc loco de Romanis fecimus. Verum his ómissis tempus est ut iam ad id quod propositum erat reuertamur ea ṗmo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

breuiter ſummatimq; exponenteſ que ante ea tempora de quibuſ
ſcribere precipue intendimuſ geſta ſunt: quorum primum eſt bel/
lum a Romanis Carthaginenſibuſq; in Sicilia geſtum proximum
huic bellum punicum: quod reſ geſtaſ primo Amilcariſ: deinde
Aſdrubaliſ cum iis que ſunt a Carthaginenſibuſ geſta coniungit.
quo tempore prima Romanorum in Illyrium atq; eaſ Europe
parteſ tranſfretatio fuit: Preterea certamina Romanorum ad/
uerſuſ Galloſ qui ea tempeſtate in Italiam uenerant. Eodem tpe
apud Greco ſ quoq; bellú geſtú qđ Cleomenicum appellatur: ad
quod noſtra hec omniſ ꝓparatio tendit. Nã ſingillatim reſ geſtaſ
omniſ commemorare neq; nobiſ neceſſarium uidetur: neq; audiē/
tibuſ utile. Neq; enim hiſtoriam de illiſ ſcribere inſtituimuſ: ſed
ſummatim ea que ad futuram hiſtoriam neceſſaria uidebuntur at/
tingere. Quapropter breuiter ea commemorantes quantú in nobiſ
erit enitemur: finem eorum que preparationiſ gratia referemuſ
cum principio noſtre hiſtorie coniungere. Ita enim continuata
narratióiſ ſerie: & noſ recte exiſtimabimur ea que a ceteriſ hiſto/
riáſ conſcripta ſunt tetigiſſe: & diſcendi cupidiſ apertam facilemq;
ex omni parte uiam parauiſſe. Verum nobiſ uel in primiſ libuit
primum hoc Romanorum cum Carthaginēſibuſ pro Sicilia bellú
paulo diligentiuſ conſcribere: quod neq; diutur niuſ bellum repe/
rire facile foret: neq; maioreſ appatuſ: neq; frequētiora facinora:
neq; plura certamía: neq; maioreſ utrimq; rerum uarietateſ: q̄ndo
quidem ea tempeſtate uterq; populuſ legibuſ ſuiſ iteger erat: for/
tuna mediocriſ: utribuſ par. Vnde ſiquiſ utriuſq; ciuitatiſ uireſ
atq; imperium conſiderare uoluerit non tam ex ſequentibuſ belliſ
q̄ ex hoc facere comparationem debebit. Illud quoq; noſ ad hoc
bellum ſcribendum maxime impulit: quod ii qui optime uidentur
de eo ſcripſiſſe Philinuſ & Fabiuſ ñ paꝝ a uero deflexiſſe mihi
uidentē. quam q̄m illoſ quidem de induſtria mentitoſ eſſe non auſim
dicere. Sed eoſ puto ut amanteſ conſueuerunt ſuorum beniuolen
tia deceptoſ. Nam & Philino quidem ex affectu Carthaginēſeſ
omnia bene prudenter fortiterq; egiſſe uidentur: Romani cōtra.
Fabiuſ uero ſententie eſt plane diuerſe. quam modeſtiā in ceteriſ
uite partibuſ nemo fortaſſiſ ſit qui reprehendat. Siquidem bonú
uirum amicorum patrieq; amicum eſſe decet: & amicorum amicoſ
colere inimicoſ odiſſe. At eú qui ſcribende hiſtorie munuſ ſuſcepit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

omnia huiuscemodi moderari decet : & nonnunq̃m summis laudi/
bus extollere inimicos cum res geste eorum ita exigere uidentur:
interdum amicos necessarios q; reprehendere : cum errores eorum
digni sunt qui reprehendantur. Ac ueluti si quis oculos animanti
effoderit: q cquid supereſt corporis inutile fit: ita dẽpta ex histo/
ria ueritate narratio omnis inutilis est. Quamobrem neq; a repre/
hensione amicorum neq; ab inimicorum laudibus cum ita res ferat
abstinendum : neq; turpe putandum si eosdem aliquando repre/
hendamus interim laudemus. Siquidẽ eos de quibus scribimus neq;
sẽp recte facere neq; continue errare uerisimile est. Quod aũt hec
ita sint ex his que Philinus scripsit facile intueri licet. Is enĩ stati
in p̃ncipio secundi libri ita scribit. Carthaginenses atq; Syracusãi
Messanam obsidebãt: quo cum Romani milites traiecto freto ad/
uenissent confestim aduersus Syracusanos exeuntes & ab is uicti
ac profligati in urbem regressi sunt. Rursusq; aduersus Carthagi/
nenses profecti non solum fusi fuerunt. uerum etiam magna pars
eorum uiui capti. Statimq; cum hec dixisset: Hieronem inq; post
id prelium adeo timore perculsum fuisse. Vt non solum incensis
castris atq; tentoriis per noctem Syracusas fugerit: uerum etiam
munitissima queq; loca : que inter Messanam ac Syracusas erant
dereliquerit. Carthaginenses quoq; refert eo prelio pari modo p/
territos relictis castris per Sicilie oppida se diuisisse: neq; post eum
diem educere exercitum fuisse ausos: quin duces eorum cum po/
pulorum animos adeo perculsos cernerent: suasisse ne amplius res
eorum fortune belli committendas ducerent. Romanos autẽ Car/
thaginenses insecutos nõ solum prouintiam deuastasse Carthagi/
nensium & Syracusanorum: uerũ ipsas quoq; Syracusas obsidisse:
que res adeo omni ratione caret ut eam refellere sit protinus sup/
uacuum. Quos enim paulo ante Messanam obsidentes: collatis
manibus uictores fecerat: eosdem mox in fugam conuersos castra
reliquisse: & perculsis animis sese in ciuitatem recepisse : tandemq;
obsidionem passos esse commemorat. Quos uero prelio superatos
a Carthaginensibus obsideri dixerat eos sine mora uictores factis
per agros hostium incursionibus : ad extremum Syracusas obsi/
dentes facit. Hec uero inuicem conuenire nequaq̃ possunt. Ac enĩ
quod primo posuit : aut quod mox subiecit falsum sit necesse est.
Constat autem hoc uerum esse cum neminẽ lateat Carthaginẽses

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

atq; Syracusanos relictis castris se in urbem recepisse: Romanos uero citato gradu oppugnatú usse Syracusas: Superest igitur qđ primo posuerat falsum esse: & cú i eo prelio quod prope Messanā gestum est uictoria penes Romanos fuerit: auctorem tamē illos bello a Carthaginensibus superatos finxisse. Talem frequenter reperias Philinum: neq; secus etiam Fabium: ut suis utrumq; locis ostendemus. Quapropter ut eo reuertamur unde discessimus: nos pro uiribus nostra operam dabimus: ut studiosis nostri operis facile ueritas historie dilucescat. Cum igitur fama rerum ab Appio ceterisq; Romanis militibus bene strenueq; gestarú ex Sicilia Romā pueniisset. Consules declarati. M. Valerius &. C. Octacilius. Uterq; cum omnibus copiis in Siciliam missus est. Erant in Romanorum exercitu legiones quatuor. Romani omnes pter auxilia que singulis annis a socis accersebantur. Harum singule continebant peditum quatuor milia equites trecentos. Igitur aduētu Cósulum plereq; ciuitates tum Carthaginensium tum Syracusanorú ad Romanos defecerút. Hieron cum iam Sicilie populos cecidisse animis cerneret & simul Romani exercitus multitudinem ac uires adauctas: tutius sibi fore ratus Romanorum q̄ Carthaginensium partes sectari: legatos ad Consules mittit qui de pace atq; amicitia tractarent. Romani quod Carthaginenses undiq; maria tenentes cernebant: & ne aliquando intercludi cómeatus possent uerebāt. Commodissimam fore huic rei Hieronis amicitiam rati: pacem cú Syracusanis his fere conditionibus firmauerunt. Ut rex captiuos quos in uinculis habebat Romanis sine precio restitueret: argenti insuper talenta centum ponderet: & ut deincepś Syracusani socii atq; amici populi Romani appellarētur. Hieron rex iá sub Romanorum tutela sponte constitutus: auxiliis & commeatibus quotiēs necessariú fuit populo Romano abúde subministratis reliquú etatis sue felicissimus Grecorum omnium fortúatissimusq; peregit. Etenim hic mihi inter ceteros clarissimus uidetur fuisse: & consiliis suis omnibus diu feliciter usus: cum publicis tum priuatis in rebus. Verum cum primum earum rerum fama Romam peruenit populus Romanus approbatis conditionibus pacis cum Hierone inite post eum diem haud necessariú putauit Romanos omnes copias extra Italiam mittere: duas tantummodo legiónes satis superq; esse ratus: simul quod ascito in societatem rege leuius fore bellum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

existimabat. simul quod per eum modum maior futura erat copia rerum exercitui necessarium. Ceterum Carthaginenses ubi Hieronem uident hostem sibi factum: Romanos uero maiorē Siciliæ partem occupatam tenere: ualidiori ad resistendum potentia opus esse rati. Lygurum atq; Gallorum multitudinem: preterea etiam plerosq; ex Hispania milites in supplementum scribunt. Quibus in Siciliam traductis cum Agrigentinorum urbem ad belli apparatum poportunam esse cernerent quod in fronte aduersus hostes munitissima erat contractis in eam undiq; copiis & cōmeatu abūdantissime parato illa ueluti quadā arce belli aduersus Romanos utuntur. Consules federe cum Hierone percusso e prouintia decessere. Post eos uero Lucius Postumius &. Q. Emilius consules creati in Siciliam cum exercitu ueniunt. Hi primum Carthaginensium rebus diligentissime consideratis intellectoq; appatu circa urbem Agrigētum facto audacius q̄m superiores fecerant Siciliæ rebus incumbendum censuerunt. Quamobrem coactis in unum ōmnibus copiis ipsum Agrigentum inuadunt: & non longius octo ab urbe stadiis castrametati hostem mēnibus inclusum tenēt. Erat iā messis tempus & longam fore obsidionem omnes rebantur. Quāobrem milites relictis castris audacius q̄ res postulabat colligendis frugibus intenti erant. Carthaginenses conspicati hostem palantē & uagum per prouintiam securum discurrere: magnam in spem adducti Romanorum exercitum eo die opprimi posse: magna ui pars in castra hostium pars in ipsos frumētatores impetum faciūt. Sed diuersitas morum cum sepe alias tum maxime eo die rem romanam tutata est: Nam apud Romanos mors pena est ei qui in bello locum in quo constitutus sunt reliquerint aut aliquo modo e castris fugerint. Quo factum est ut cum Carthaginensium longe maior numerus foret: Romani tamen fortissime resistentes multis quidem ex suis amissis longe plures ex Carthaginensibus interfecerint: tandemq; nō solum hostes a castris auerterint: uerum etiā eos insecuti partem trucidarint: reliquos ouantes ipsi redire in menia precipites coegerint. Ceterum tantus utrosq; metus ex huius dici periculo inuasit: ut deinceps neq; Carthaginenses inconsultius impetū facere in castra Romanoꝝ auderent neq; Romani temere suos frumentatum abire paterentur. Cumq; Carthaginēses iam non amplius in Romanos exirent sagittis tantūmodo eminus

Agrigentum

Romanoꝝ mos in bello.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

pugnantes: Consules in duas partes diuiso exercitu alteram ad Esculapii templum posuerunt: altera ad eam partem que ad Heracliam spectat castrametati. Quod uero inter duo castra medium erat ex utraq; parte urbis duplici cinxere uallo. Et unam quidem fossam inter se ac menia urbis fecerunt: quo ab egredientibus tuti forent: alteram uero extrinsecus ne aliunde uenire subsidia possēt: que plerumq; a uicinis ciuitatibus prestari obsessis urbibus consueuerunt. Loca inter fossas atq; exercitum media presidiis militum diligentissime firmarunt. Commeatum ceteraq; exercitui necessaria socii omnes in Erbesum oppidum summo studio congerebant. Hec postea ex eo oppido haud enim procul aberat: milites Romani cōmodissime ferebant in castra. Quinq; in hunc modū mēses Carthaginenses Romanicq; manserunt neutram fere in partem inclinantibus rebus. Tandem uero cum fames premere Carthaginenses cepisset ob ingentem multitudinem que inclusa menibus tenebatur: erant enim ultra quingenta milia hominum. Hannibal penes quem summa imperii erat iam rebus suis prorsus diffidens cōfestim Carthaginem misit qui & circūuallatiōem urbis nuntiarent & opem atq; subsidium peterent. Quibus rebus permoti Carthaginēses instructo exercitu magnoq; elephantorum numero coacto ac paratis nauibus omnes ad Annonem alterum Carthaginensium ducem in Siciliam miserunt. Hic coactis omnibus copiis Heracleā profectus: principio rebus omnibus diligentissime consideratis: Erbesum oppidum quod usq; in eum diem horreum populi Romani fuerat per proditionem recepit: & facultatē commeatuum ac ceterarū rerum exercitui necessariarum hostibus ademit. Quo factū est ut Romani non minus obsiderentur q̄ obsiderent. Eo enim ob penuriam annone & ceterarum rerum necessariarum redacti sūt: ut sepenumero de dissoluenda obsidione consilium ceperint: quod tandem proculdubio fecissēt nisi Hieron Syracusanorum rex sūmo studio commeatū & cetera necessaria exercitui suppeditasset. Post hec Anno cum uideret Romanos morbo simul atq; inopia rerum necessariarum grauiter urgeri: ingens enim exercitū pestilentia inuaserat & suos promptos paratosq; ad prelium intelligeret coactis ultra quinquaginta elephantis & simul paratis omnibus copiis exercitum omnem ex Heraclea educit: iubet equitibus numidis ut precedant: & conserendo cum hostibus manus eos irritent: &

Esculapij templum Heraclie.

Erbesū op

fame carthagin. pressi fuerūt.

Anno Heraclea

Erbesū ab capitur

Romani morbo, & inopia rerum necessariarum.

Elephantos 50. coegit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quantum in eis sit hostium equites prouocare in prelium conentur deinde insequentibus uertant terga : neq; prius desistant fugere q̃ ad se reuersi sint. Numide mandata Ducis exequi collatisq; cum altero exercituum manibus hostes irritare: Romani equites con/festim in eos erumpere: numidas temere insequi: Libyes prout eis mandatum fuerat quousq; ad Annonem redirent fugere. Tum Romanis terga dantibus : insequi complures eorum interficere: reliquos usq; in castra fugare. His rebus ita gestis Carthaginenses cum exercitu profecti collem occupant nomine Torum non am/plius decem stadiis a castris hostiũ remotum. Hũc in modũ duobus mensibus commorati nihil omnino faciunt preterq̃m quod sagittis interdum telisq; eminus pugnant. Interea Hãnibal multis ac crebris per noctem ignibus etiam plerisq; nuntius ad Annonem missis multitudinem ampliusfamem perpeti non posse significat. multos ex suis ob penuriam annone ad hostes defecisse. His tandem causis permotus Anno in aciem copias educit. Nec segniores ad prelium Consules accedunt ob eas quas diximus difficultates. Vtriq; copias in locum equum deducũt. conferuntur ires: acriter inter se con/currũt. Prelium diu atrox fuit. Tandem Romani primam Car/thaginensium aciem in fugam uertunt. Fugientes in elephantos precipites eunt. Qua re conterrite pecudes agmina conturbant. Per earum stragem subsequuti Centuriones ad extremum terga uertere penos cogunt. Per hunc modum profligati Carthaginẽ/ses pars in prelio occisi: reliqui Heracleam se recipiunt. Romani elephantis fere omnibus qui in prelio fuerant ceterisq; Carthagi/nensium rebus potiti in castra copias reduxerũt. Aduenẽte uero nocte cum propter ingentem letitiam que ex benegestis rebus e/uenire frequenter consueuit: nec non ob laborem superioris preli negligentius a Romanis custodie fierent Hannibal desperatis re/bus commodissimum tempus ad suam suorumq; salutem ob eas q̃s diximus causas adesse ratus in tempesta nocte cũ copis quas Agri/genti habebat egressus per medias hostium munitiones manipulis palearum equatis aggeribus nemine penitus sentiente cum suis om/nibus incolumis euasit. Romani uero sub primam lucẽ re intellecta insequuti parum per uestigia hostium mox omnes ad urbem capi/endam reuersi: nullo iam repugnante in portas ciuitatis impetum faciunt: exercitum omnẽ intra menia inducũt: urbẽ locupletissimã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

dirripiunt multitudine seruorum uariisq; prede generibus potiti.
Postq̃m Rome nuntiatum est Agrigentum profligatis Carthagi/
nensibus in populi Romani potestatem uenisse. Romani sublatis
animis: maiora mente agitare ceperunt. Neq; iam iis rationibus
quibus principio inducti fuerant insistentes: aut Mamertinos
Messanamq; seruasse aut Carthaginensium opes cõtriuisse in Si/
cilia contenti erant: sed longe maiorum rerum spe concepta Car/
thaginenses omnino e Sicilia expellere cupiebant. Ea re patrata
maximum sperabant incrementum res suas habituras. Huic igitur
rei atq; his de Sicilia cogitatiõibus õnes intẽti erant: haud ignari
pedestribus copiis Romanos sine dubio longe potẽtiores esse. Igiẽ
expugnato Agrigento. L. Valerius &. T. Octacilius Consules
creati magno militum delectu habito in Siciliam mittuntur. Ita
Carthaginensibus mari sine cõtroversia dominantibus quasi equa/
tum erat bellum. Cuius rei argumentum est quod post expugna/
tum Agrigentum pleraq; Sicilie mediterranea oppida ob metum
pedestrium copiarum ad Romanos defecerant: post uero aduentũ
classis longe plures maritime ciuitates metu adducte potentie sese
Carthaginensibus dediderant. Sic par utrinq; ratio belli consta/
bat. Sed Italia sepenumero ob nauales copias uariis hostium in/
cursionibus uexabatur. Africa uero cladis omnino expers erat.
His rebus diligẽter consideratis populus Romanus mari quoq; cũ
hostibus congrediendum statuit: que res me uel in primis hortata
est: ut presens bellum pluribus uerbis conscriberem. ne quis forte
hoc quoq; principium ignoraret quomodo quando &. quibus cau/
sis adductus populus Romanus parandam sibi classem &. nauali/
quoq; copiis cum hostibus dimicandum cẽsuerit. Cum igitur bellũ
aliter nullum finem habiturum uideretur. Romani cẽtum &. tri/
ginti nauium classem edificari curant. ex iis centum quinqueremes
faciunt: reliquas uero triremes. In huius classis apparatũ perq̃m
difficilis fuit quinqueremium edificatio: quod nemo eiusmodi na/
uigii per id tempus in Italia utebatur. Quo magis admiranda est
Romanorum excellentia ac magnitudo animi. homines enim ma/
ritimarum rerum prorsus ignari: quiq; nullã prorsus cogitationẽ
maris ante eum diem habuerant: ita intrepide pelagus ingressi sũt
ut prius nauali bello cum Carthaginensibus certarint q̃m ullum
eius rei periculum fecissent: cum per id tempus Carthaginenses

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

concessione omnium principatum maris partum olim a maioribus suis & quasi hereditario iure sibi relictū tenerent. Quod singulare testimonium est & rerum a nobis scriptarum & audacie Romanorum. Nam cum primo Messanam traducere copias tentauerunt non solum armatam nullam nauim habebant sed ne paulo quidem longiorem & ne lembum quidem ullum. Ac Tarentinorum & Locrensium & Neapolitanorum nauibus usi cum exercitu in Sicilia transfretarunt. Erat eo tempore circa fretum Sicilie complures Carthaginensium naues: quorum una quinqueremis cum longius a ceteris uagaretur casu fracta ad manus Romanorum peruenit. hec exemplar eius generis Romanis prebuit eius istar omnis eorū classis edificata. Dū uero quinqueremes parabantur: interea multitudo omnis ad remigiū exercebatur per hunc modū. Subsellus in harena per ordinem dispositus remiges insidentes ad uocem precipientis qui in medio eorum erat: omnes una protendere brachia ac reducere remosq; per harenam mouere pariter docebantur ad illius uocem simul omnes incipiebant: simul desinebant. Per hunc modum nauigandi artem edocti: & pfectis interea nauibus mare ingressi post paucos dies uerum in undis periculum fecerūt. Caius Cornelius consul qui paucis ante diebus classi p̄positus fuerat: omnibus nauibus ad fretū perductis ipse cum decem & septē Messanā proficiscatur: reliquas iuxta Italie oram relinquit. Paratis Messane que ad classis usum necessaria erant cum res ita poscere uideret isdem cum nauibus Liparas nauigat. Per id tēpus Hannibal dux Carthaginensium Panormi cum classe erat. Is audito consulis aduentu: Boodem quendam ex Senatu Carthaginensi ad ea loca cū uiginti nauibus misit qui eo noctu superueniens naues Romanorum in portu nactus inclusit. Consul inopinato malo arcūuentus nescius quid consilii caperet tandem sese hostibus dedit Carthaginenses nauibus & Duce earum potiti: confestim ad Hannibalem reuertuntur. Non multis interiectis diebus post adeo apertam recentemq; Cornelii cladē Hānibal cui Arrisisse fortune benignitas uidebatur non dissimili iactura affectus. Audierat Romanorum classem secus Italie littus nauigantem haud procul a Sicilia esse. Multitudinem hostium ītm atq; ordinem structuramq; nauium cernere mirum in modū ardebat. Delectis igitur quinquaginta nauibus Italiā petit. Ibi cū ppter oram Italie contrario q̄ Romani

curſu ferretur in claſſem hoſtium bene inſtructam paratamq; ex improuiſo incidit. Subitaq; atq; inopinata ui oppreſſus nauef fere omneſ amiſit. Ipſe preter ſpem ſuam atq; opinionem omnium cum paucis ſuorum difugit. Romani poſt hec Sicilie magis appropin/ quanteſ aduerſo caſu Conſulis p captiuos cognito citato curſu ad C. Duellium alterum conſulem qui pedeſtribuſ copiis preerat mit/ tunt: Hunc aliquandiu preſtolati cum tandem ad eos platũ foret claſſem hoſtium non longe abeſſe. Omneſ nauali prelio ſe parant Sed quia eorum nauef tarde nimis & ad celeritatẽ parum cómode erant ſingulis qbuſq; munimenta quedã aptant que poſtea coruos appellauere. Ea fuit machina huiuſmodi. Lignea columna proris inerat longitudinis qbatuor ulnarum: latitudinis palmorum trium In eius apice rotam conſtituerant. Huic preterea tabule inherẽ/ teſ ſcalaſ conficiebant. quarum latitudo erat pedeſ quatuor longi/ tudo ſex ulne. Foramen tabulati per longitudinem erat. Scale ab utroq; latere uſq; ad genu munite. In ligni extremo ferrum erat inſtar malei peracutum: preterea anulus fune alligatus: ita ut hec machina machinis frumentariis ſimillima uideretur. Igitur ſimul ac nauis hoſtium aduentabat laxato fune ſcale dimittebanẽ. ferrũ pondere ac ui ligni ſuper hoſtium nauim delapſum figebatur. Si aduerſa prora erat: bini militeſ per ſcalaſ deſcendebant duo primi preferenteſ ſcuta reliqui latera ſcutis protecti. Si uero obliq; erat hoſtium nauis in eam ex tota pariter naui deſiliebatur. Facto igitur huiuſmodi apparatu ad nauale prelium. C. Duellius caſu alterius Conſulis qui naualibus copiis preerat q̃ celerrime cognito pedeſtrem exercitum tribunis militum reliquit: ipſe ad claſſẽ ma/ turat iter. Hic cũ intellexiſſet Carthaginenſeſ nõ longe a Mylis ſtationem habere eo cum omni claſſe proficiſcitur. Carthaginẽſeſ ſimulac aduentare hoſtem intellexerunt magna ſpe adducti quod maritimarum rerum rudeſ eſſe Romanos arbitrabantur: centum & triginta nauibus paratis omneſ aduerſus hoſteſ in altum feruntẽ: nullum prorſus periculum timenteſ perinde ac ſi in manifeſtã p/ dam pergerẽt. Dux eorum erat Hãnibal quem noctu Agrigẽto eduxiſſe copias & per mediaſ hoſtium munitiones effugiſſe memo/ rauimus. Il ſeptiremem habebat que olim Pyrrhi Epirotaꝝ regis fuerat. Vt ergo appropinquare inter ſe claſſeſ ceperunt corui in ſingulis quibuſq; proris proſpecti ancipiteſ penorum animos ob rei

Annibal nauef ſere oẽs amiſit.

Corui

mataue'ieu.

ſeptiremem Annibali/ zem Phœni. Epiroteꝝ regi.

nouitatem aliquamdiu tenuerunt. Tãdem uero quicquid id foret re contempta infestis signis in hostes feruntur. Implicitis iam ac simul colligatis nauibus militibusq; romanis ex suis in hostium nauigia per machinas prorumpẽtibus: Carthaginenses plerique trucidati: alii ob machinas hostilium nauium stupefacti sese hostibus dediderunt. Visũ ẽ id certamen pedestri certamini q̃ simillimum: nec periculum impar fuit. Triginta Carthaginensium naues que prime aduersus Romanos impetum fecerant capte. Inter q̃s fuit nauis pretoria quam paulo ante Pirrhi regis fuisse diximus. Hãnibal preter spem atq; opinionem suam aduersãtibus rebus in scapham prosiliens fuga saluti sue consuluit. Reliqua Carthaginẽsiũ multitudo pari modo aduersum classem hostium cum impetu ferebantur. Vt uero hostilium nauium machinis primas suoq; naues per artem captas intellexere: ad ludificandi artem conuersi non iam contrario impetu sed obliquo in Romanos ferebantur: freti celeritate nauium suarum & per eum modum uiolentiam corborũ declinare se posse existimantes: Verum ita instructe parateq; erãt machine ut ũdecũq; appropinq̃ntes hostes facile colligare possẽt. Quamobrem Carthaginenses nouitate coruorum perterriti tãdẽ in fugam uertũtur quinquaginta nauibus in prelio amissis. Romani iam preter spem in mari potentiam adepti multo acrius bello insistere: factoq; in Segestanam oram itinere urbem obsidione liberare. Mox inde profecti Macellam urbem expugnauerunt. Post nauale bellum Amilcar Carthaginensium dux qui tum. pedestribus copiis in Sicilia preerat cum audisset: in exercitu Romanorum inter milites Romanos atq; auxilia sociorum uarias de uirtute ac gloria pugnandi contentiones agitari: ob eamq; rem socios a Romanis superatos per seipsos castrametari: citato itinere ad socios profectus eos q; ex improuiso aggressus circiter quatuor milia hominum interfecit. His rebus ita gestis Hannibal cũ paucis illis que a prelio superfuerant nauibus Carthaginem redit. Inde non multis interiectis diebus cum classe & quibusdam claris triremium ducibus in Sardiniam mittit. Hic paucis post diebus a Romanis in quodam portu inclusus classem fere omnem amisit. Ipse per hostiũ manus dilapsus mox a Carthaginensibus captus & cruci fixus occiditur. Romani ut qui tã pelago dominari ceperant omni studio Sardiniam inuasere. Proximo deinc anno ab exercitu

Romanorum nihil sane memoria dignū in Sicilia gestum. Creati deinde consules. C. Sulpitius &. A. Rutilius Panormum mittunt quod illic p id tempus Carthaginensium copie erant. Hi confestim eo traiectis omnibus copiis ante urbem aciem struere: Carthaginenses menibus inclusi pugnandi copiam hostibus ñ facere. Quod cernentes Romani rursus relicto Panormo Hippanam oppidum petunt: & breui post tempore expugnant. Myssistratum quoq; interiecto tempore: quod obsidionem oportunitate loci diutius tolerauerat a consulibus capitur. Super hec in Camerinensem que ciuitas paulo ante a Romanis defecerat: ducto exercitu ea quoq; urbs machinis atq; torm̃tis expugnat. Capta ē etiā ab isdē cōsulibus Etna & alia pleraq; Carthaginēsiū oppida. Lippare quoq; ab eisdem obsesse. Per idem tempus Aulus Rutilius Consul qui classi Romanorum preerat: apud Tyndaritanos stationem habebat. Hic Carthaginensiū classē non longe a littore conspicatus mādat suis ut sese q̃m celerrime sequantur. Ipse cum decem tantummodo nauibus ante alteram classem in altum nauigat. Carthaginenses cū hostes cernerent alios adhuc naues conscendentes: alios mare intrantes primos longe a socius remotos sibi propinquos esse: subito conuersi incredibili celeritate Romanoq; naues circūsistūt: plerasq; submergunt: parūq; abfuit quin nauis pretoria cum omnibus qui in ea erant Carthaginensium potestatem uenirent. In remorum ac nimia celeritate freta tandem uix euasit. Inter hec reliqua Romanorum classis in altum delata obuia fit hostibus: Carthaginēsiū naues decem onustas capit: octo mari submerse. Relique arrepta fuga Liparas se recepe. Ex ea pugna hac opinioe utriq; discesserunt: ut primas victorie partes sibi ascriberent. Quare ardentius multo sese ad nauale bellum pabant. Maritimis rebus longe magis intenti erant. Pedestres uero copie p id tēpus nihil memoria dignū fecere: paruis quibusdam & nullius momenti rebus immorati. Aduentente uero estate instructis paratisq; rebus ut supra ostēdimus ad bellum exeunt. Romani quidem cum quinqueremibus trecētis & triginta Messanam conueniunt. Vnde postea mouentes preter dextrum Sicilie latus superato Pachini promuntorio Ecnomon nauigant: quo in loco pedestres copie classem prestolabant. Carthaginenses uero cū trecētis & quinquaginta nauibus mare ingressi Lilybei cōsistunt. Romanorum consiliū erat nauigare in Africā:

Hippana
Myssistra
Camer
Emna
Tyndaritani.
Carthaginenses Romanaq; naues circūsistūt
plerasq; submergunt
Liparā.
300, uirginia quinqueremes.

& eo omnem uim belli transferre: quo Carthaginenses ñ in Sicilia solum uerum etiam in propria domo periclitarentur. Cótra Carthaginenses cum cernerent q̃ facilis esset in Lybiam descensus q̃m imbelles populi hostibus semel prouinciam ingressis pugnare ptinus cum Romanis cupiebant: atq; ita eorum transitum in Africam impedire. Per hunc modum his ad resistendum illis ad inferendã uim paratis haud dubie ex utriusq; obstinatiõe futurum certamẽ apparebat. Igitur Romani usque ad nauale bellum & ad transfrectationem in Africam necessaria uidebantur diligẽtissime paratis: delectos e pedestribus copus pstãtiores milites in nauibus collocãt. Classem omnem quadripartito diuidunt: Partes singulas duplici appellatione uocitant. Prima quidem classis acies: & prima classis appellata. Relique eodem modo per ordinem preter quartã que ut in pedestri exercitu Triarii uocati. Fuere in classe Romana supra centum & quadraginta milia hominũ. Singulis quibusq; nauibus trecenti remiges & legionarii milites centum & uiginti ipponebantur. Carthaginẽses dũtaxat aptis ad nauale bellum hoibus classem refertam habebant. Eoꝝ omnis multitudo erat supra cẽtũ & quinquaginta milia hominum. Quo fit ut non modo presentes uidentesq: uerum etiam audientes magnitudinem periculi potẽtiã partium utriusq; exercitus preclara facinora utrorumq; & nauiũ multitudinem obstupescant. Romani cum animaduerterent necessariũ fore ut nauigatio obliq̃ fieret: simulq; intelligerẽt hostes peritia celeriter uauigandi plurimum pollere firmum atq; superabile perficere agmen conati. Duas igitur sexremes in quibus. M. Attilius &. L. Manlius uehebantur eque distantes in fronte collocant. has prima & secunda classis ab utroq; cornu nauibus oĩbus per ordinẽ singillatim dispositis sequebant: ita ut continue distãtia que inter duas classes media erat ãplior fieret. Rostrũ uniuscuiusq; nauis extra respiciebat. Per hũc modũ ptractis dilatatisq; per duas classes aciebus duo trianguli latera resultabãt: ns tertiam classẽ quasi basẽ pari modo addiderũt. Ita ut tres acies sic dispositę plenam trianguli figuram perficerent. Post tertiam classem singillatim ordinate erant naues q̃bus eq uehebant. He tertie classi funem prebebãt. Post eas triarii sequebantur per ordinẽ singule queq; naues dispositę adeo ut ex utroq; latere ãtecedẽtes suparẽt Omnis Romanorum classis per hunc modmu instructa. Prime

Triarij milites unde frequẽtes res dicit. ut Polib. reg. aues.

omnis multitudo Romanoꝝ pedestrium certũ, aquinquaginta milium.

M. Attilius L. Manlius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ptes hoc est duo latera trianguli in medio uacua erãt: posteriores uero id est que basim sequebantur solidiores. Classis tota firma ac prorsus indissolubilis erat. At Carthaginensium duces p idẽ tempus conuocata multitudine hortari milites ut magno animo forti{q} ato esset: si uincerent bellũ deincepsp Sicilia futurũ ostendere: sin uictoria penes Romanos foret: non tam se pro Sicilia: sed pro patria pro laribus pro liberis dimicaturos. In hunc modum hortati militum animos naues conscendere iubent. Quod cum omnes alacri animo fecissent: per ea que a ducibus commemorata fuerant futura con/iectantes: ad bellum audacissime exeunt. Duces interea ordinem Romane classis conspicati in quatuor ipsi quoq; partes copias di/uisere. Harum tres in altum delate extẽso longius dextro cornu tanq̃ hostem circũdature consistunt: proris omnibus in hostem cõ/uersis. Quarta ad sinistrum cornu propter littus firmatur. Duces Carthaginensium erant Anno & Amilcar. Anno cum uelocioribus nauibus dextro cornu preerat. Sinistri curam habebat Amilcar: quem apud Tyndaridas nauali bello profugisse diximus. Is tunc cũ omni robore in medio agmine uersatus usus est huiusmodi cõ/silio. Consules primo statim congressu tenuem Carthaginensium aciem conspicati facto in medium agmẽ impetu in hostes prorũ/punt. Illi sicuti eis ab Amilcare mandatum fuerat simulata fuga quo Romanorum classem distungerent statim cedunt. Romani cupidius insequuntur. Igitur prima & secunda Romanoꝝ classis post hostes audacius profecta: tertia uero quartaq; tardius seque/batur. Quamobrem due prime classes statim a reliquis separantẽ. Quod simul ac Carthaginẽses sẽserũt facto e naui Amilcaris quẽ/admodum ante conuenerat: signo repente simul omnes conuersi: insequentium Romanorum naues inuadunt. Fit atrox prelium. Ac celeritate quidem & arte ambiendi eludendiq; longe prestabãt Carthaginenses: robore uero ac uirtute militum postq̃ ad pugnã uẽrum & collate simul uires erãt Romani plurimum excellebant Tale itaq; nauali pugne principiũ fuit. Debic Anno quẽ dextro Carthaginẽsium cornu prefuisse diximus ubi pugnam cum prima Romanorũ acie iceptã uidet: superato mari triarios inuadit. Hic quoq; ingens fit prelium: dubioq; euentu belli aliquandiu certat. Interim quarta quoq; Carthaginensium acies que propter littus cõstiterat conuersis in hostẽ prorис classem cui hippagines alligate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

erant a fronte aggredié: illi dimissis uinculis cum hostibus acerrime dimicant. Tres totius certaminis partes & tres pugne nauales diuersis longeq; disiunctis locis uno tempore cernebantur: & quoniã numerus nauium in singulis pugnis erat pene par certamen quoq; par erat. Vtriq; enim fortissime dimicare: omnia inter certantes q̃ simillima esse. Tandem superatus Amilcar & qui cum eo erant fugam arripiunt. Lutius Manlius reliquias hostium persequitur. Ac. M. Atilius ubi Triariorum atq; hippaginum certamen uidet cum integris secũde classis nauibus illis cõfestim succurrit. Triarii qui iam pridem ab Annone oppressi summo in discrimine uersabant aduẽtu Consulis instauratis uiribus rursus acerrime dimicãt. Ita ancipiti malo circũuenti Carthaginenses quod a fronte simul & a tergo hostes haberent freti celeritate nauium in altum profi/ciscuntur. atq; ita saluti sue fuga consulunt. Interea tertia classis Romanorum que circa littus erat a Carthaginensibus grauiter opprimi. L. Manlius &. M. Atilius triariorum atq; hippaginum rebus in tuto relictis diuerso itinere laborantibus succurre: illi iam ueluti obsidionem pati: res eorum in extremo site esse: quippe qui proculdubio iam pridem perissent: ni coruos uertit Carthaginẽses adherere hostili classi formidassent: tantum propellere hostes ad littus conati. Verum Consules repente circũuentis Carthaginẽsibus quinquaginta eorum naues plenas capiunt: pauce ad littus adacte fugiunt. Singillatim igit̃ tria prelia a Romanis Carthaginensibusq; uno die commissa butuscemodi fuere. Tandem uero totius pugne uictoria penes Romanos fuit. Fregerunt ipsorum naues quatuor & uiginti: Carthaginẽsium amplius triginta: plena nulla Romanoꝝ nauis a Carthaginensibus capta. Carthaginẽsiũ quatuor & sexaginta plenis Romani potiti. Non multo post id plium intertecto tẽpore Romani instauratis quas ceperãt nauibus & ad classem adiunctis: commeatuq; ac ceteris necessariis rebus paratis ueluti in Lybiam nauigaturi discedunt. Est in Africa locus quod Mercurii promuntorium uocatur longe in pelagus contra Siciliam protendens. Eo primum Romani peruenere. Mox inde structis ac reparatis nauibus Clipeam nauigãt. Ibi non procul ab urbe expositis in terram copiis naues subducunt: uallo q̃ & fossa diligenter muniunt. Ipi obsidere urbẽ parant nisi q urbẽ tenebãt sponte sese populo Romano dederent. Carthaginenses qui paulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ante periculum naualis pugne fugiẽtes Carthaginem peruenerãt
rati classem Romanorum re bene gesta recto itinere Carthaginẽ
nauigaturã equestribus pedestribusq; copiis ac necessarius naubus
oportuna urbis loca muniuerãt. Verum postq̃ expositis in terram
copijs Clipeam urbẽ obsidere a Romanis intelligũt: depositio domi Clipea urbs à
metu copias ad terrestre naualeq; bellum necessarias parare: domi Romanis obsessa
foris q; intenti esse: nihil quod ad urbis prouinciaeq; custodiam per/
tineat pretermittere. Consules inter hec expugnata urbe Clipea
presidioq; multum impositio: missis preterea Romam legatis: qui Se/
natũ & de rebus gestis certiorem facerent & quid in posterũ agẽdũ
foret cõsulerent: postremo omnibus copijs in agrum Carthagi/
nensem adductis: impetum in puinciam faciunt. Ac nemine obuiã
procedente regionem populantur. pulcherrima ornatissimaq; edi/
ficia incendunt. predam omnis generis rapiũt. nexos supra uigin
milia ad naues adducũt. Interim nuntij Roma ueniẽtes Mãdare
Senatum dicunt: ut e duobus Consulibus unus in Africa cum ne/
cessarius copijs maneret: alter cũ classe Romã reuertereẽ. Cognita
igitur Senatus uoluntate. M. Atilius Regulus cum quadraginta
naubus & qndecim milibus peditũ equitibus uero qngentis in Africa
remanet. Manlius cum reliqua classe atq; omnibus alijs copijs cumq;
omni multitudine captiuorum ex Africa soluens: Siciliam primo
mox Romam incolumis peruenit. Carthaginẽses diuturnum fore
Romanorum apparatum ad bellum animaduertẽtes: primũ duos
exercitus duces creant. Asdrubalem Annonis filium & Bostarum:
preterea ex Heraclea Amilcarem missis ad eum nuntijs accersunt:
Is confestim Heraclea soluẽs cum quinq; milibus peditũ equitibus
quingentis Carthaginem trauicit. tertiusq; ipse dux additur: curam
belli una cum Asdrubale & Bostaro susciꝑit. Ducibus igitur inter
se de belli administratione consultãtibus placuit prouincie subsidiũ
ferre neq; tantam regionis stragem populationemq; ampliꝰ pati.
M. Atilius paucis interiectis diebus ad urbem quam Adim uocãt
profectus obsidere illam atq; expugnare nititur. Quod ubi Car/
thaginenses sentiunt summo studio urbi suppetias ferre eamq; ob/
sidione liberare cupientes aduersus Romanos cum omnibus copijs
profecti proximũ collem ad dextram hostiũ positum occupauere.
in eo quoniam omni ex pte cõmodissimus uidebatur castrametati.
Victorie spem oẽm in eqtatu atq; elephantis habebant. Relicta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

itaq; planitie in altum atq; preruptum locum exercitum ducunt: ueluti hostes quid agendum esset edocturi. Quod proculdubio fe/cerunt. Nam Romani cum elephantos quibus maxime hostes cõ/fidebant in p̃rupto monte ꝓrsus inutiles esse ad bellũ cõsiderarent minime expectandum censuerunt donec hostium copie in planitiẽ descenderent. Verum oportunitate temporis usi ex utroq; latere mõtem cinxere. Quo factum est ut equi elephantiq; Carthaginẽ/sibus prorsus inutiles forent. Mercenarii tantum milites ex supiori loco egregie dimicabant. Iamq; legiones Romanas referre aliq̃to pedem coegerant. cum repente ex alia parte superato mõte reliq apparent. Carthaginenses cinctos sese undiq; ab hostibus anim/aduertentes: per abruptum montem derelictis castris precipites fugiunt. Belue quoq; atq; equites postq̃m planitiem tetigere tuto omnes euadunt. Romani aliquantisper pedestres copias persequuti spoliatis deinde castris factisq; per uniuersam prouintiam incursi/onibus agros atq; urbes populãt̃. Interiectis paucis diebus Tunes oppidum circunsistunt atq; expugnant. Ibiq; quod peroportunũ bello id oppidum uidebatur eratq; Carthagini & prouĩtie oppo/situm: castra locant. Carthaginenses paulo ante mari nunc etiam terra diuersis preliis a Romanis superati non ꝙ multitudo hostiũ maior foret sed & quod duces illorum prudentia & milites fortitu/dine prestarent maximis preterea cladibus afflicti exiguam spem salutis trahebant. Post nouissimum enim prelium quo fusi fugatiq; a Romanis fuerant. Numidarum ingens multitudo acta spe p̃de contra eos aduenit. ab iis maiorem prope iacturam q̃ a Romanis indies pati: gens uaga & rapax omnia populari: Carthaginenses metu Numidarũ trepidãtes e prouintia ad urbẽ confugere: fame atq; merore: cum propter multitudinem hominum: tum propter timorem diuturne obsidionis: pariter uexari. Marcus Attilius tam & si Carthaginenses cerneret terra mariq; grauiter oppressos: ac proinde non multo interiecto tempore urbem in eius potestatem uenturam speraret: tamen ueritus ne nouus Consul qui prope diẽ uenturus in Africam credebatur res a se egregie gestas sibi tãdem ascriberet. de federe agere cum Carthaginensibus cepit. Carthaginenses eam rem letissimo animo accepere. Mittũtur igit̃ ad cõsulẽ legati principes ciuitatis qui de pace agant. Hi cum ad eum per/uenissent tãtũ abfuit ne fedus cum Romanis inirẽt: ut ne audire

Num: de uag. et rapaces.

quidem responsum Consulis equo animo potuerint. Etenim. M. Attilius iam rerum omnium potitus quicquid Carthaginensibus offerret id eos loco bñficii ac muneris accepturos sperabat. Contra uero Carthaginensibus uidebat nihil sibi etiam ad extremũ uictis a Consule grauius nihil acerbius responderi potuisse. Quapropter legati non solũ re infecta discordes discesserunt: uez etiã respõsũ Consulis ut nimis graue atq; superbum mirum in modum detestati sunt. Ea uero cum in Senatu Carthaginẽsium retulissent tam & si Carthaginenses rebus suis iam pridem prorsus desperauerãt: tãtã tamen auditis Consulis petitionibus indignationem simul atq; audaciã aio conceperunt: ut subire potius extrema omnia mortẽq; ipsam prius experiri decreuerit q̃ aliquid aut nomini suo ignominiosum aut rebus a se antea preclarissime gestis indignum perpeti Redierat forte ea tempestate Carthaginẽ quidam ex iis qui pncipio ad conducendos mercenarios milites missi in Greciam a Carthaginensibus fuerant. Hic secũ magnũ militũ numez adduxerat: inter quos fuit Xantippus quidam Lacedemonius uir rei militaris peritissimus & in bello non mediocriter exercitus. Is audito Carthaginensium conflictu & quemadmodum quoue loco aut tẽpore id accidisset cognito: considerato preterea Carthaginẽsiũ appatu equitũq; atq; elephantorũ multitudine confestim ad amicos conuersus: mime ingt hãc a Romanis cladẽ accepunt Carthaginẽses: uerum ipsi a seipsis ob suorum Ducum imperitiam. Ea uoce statim per uniuersam urbem ac principes ciuitatis sparsa Carthaginenses uocare uirum atq; eius sententiam experiri decreuerũt. Cum igiẽ ad eos uenisset Xantippus: rationẽ rerum a se dictaz ante oculos eorum posuit: causam cladis quam a Romanis acceperant ostẽdit: si sibi audire uellent & relictis mõtibus deincepsp loca q̃ grassari: illicq; locare castra atq; acies struere: se eos docturum quo pacto & res eoz in tuto esse & hostes facile superari queant. His Xantippi uerbis permoti Carthaginensiũ Duces cõfestim omnẽ totius rei bellice sũmã in eius manibus ponunt. Erat iã ob hãc Xantippi uocem p omnem exercitum coortus rumor: & qdam in ore omniũ spe atq; letitia plenus sermo. Vbi uero eductis ex urbe copiis per ordinem cũcta disposuit tantam inter ipsum atq; superiores duces qui rei militaris rudes atq; imperiti fuerant: differentia apparuit: ut mox omnis multitudo clamore indicauerit: nihil se magis q̃ pliũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

cupere: adeo nihil mali pati se posse existimabāt duce Xantippo. His ita gestis Carthaginensium Duces cognito militum ardore ac cohortatis ꝑ tēpore animis paucis ĩteriectis diebus aduersus hostē copias dimisere. Erāt in exercitu Carthaginēsium plus q̄ duodecī milia peditum: equitum quatuor milia: Elephanti prope centum. M. Attilius cognito hostium aduentu: quanq̄ & Carthaginensiū iter per loca equa: & castra in planitie posita preter consuetudinē uerebatur: tamen dimicādi cupidus obuiam hostibus ꝓcessit: suaq; castra non amplius mille ducentorum passuum interuallo longe a castris hostium collocauit. Postridie eius diei duces Carthaginensiū quid quoue modo agendum foret inter sese consulere. Multitudo omnis in Xantippum cōuersa noīe eum appellare: sese ad maxīa queq; pericula subeūda promptam paratāq; ostendere: ut in p̄liū q̄ celerrime copias educeret hortari. Duces Carthaginensiū simul quod animatam accensamq; ad belligerandum multitudinem conspiciebant: simul Xantippo adesse iam prelio commodissimū tēpus testante: & multitudini ut se pararet & Xantippo ut rebus oībus pro arbitrio uteretur permiscere. Xantippus accepta a Ducibus Carthaginensium potestate: pugnandi copiam hostibus facit. In instruēdaq; acie elephantos singulos quosq; per ordinē ante ōnem exercitum in fronte disponit: post hos aliquo interuallo legionē Carthaginensium collocat. Dextro deinde ac sinistro cornu mercenariorum multitudinem distribuit: expeditissimum quenq; militē īter alas equitum ab utroq; cornu pugnare iubet. Romani paratos iam instructosq; ad pugnam hostes conspicati nullam prelio moram faciunt. Aduersus elephantos expeditissimum quenq̄ toto exercitu delectum militem opponunt. post hos multiplici subsidio atiem firmant: equitatum in utrumq; cornu distribuunt. Signa militaria non in fronte: sed intra atiem continent. fit tota acies in fronte āgustior: multipliciq; subsidio firmatur ne prerūpi mediū agmen ab elephantis posset. Verum ut ad uiolentiam elephantoꝝ optime id a Romanis prouisum: ita ad periculum circumuentionis inutiliter. Nam cū longe multitudine equorum prestarent Carthaginēses coartatio ipsa aciei facilē hostibus circūdādi facultatē prebitura erat. Structis itaq; utrinq; aciebus uterq; initium prelii ab altero expectabat. Simul ac uero Xantippus elephātos cōcitari in hostes iubet equitatūq; ab utroq; cornu in hostes īfestissime

duodecim milia peditū, equitū quatuor milia, elephanti ꝓpe centū in exercitu Carthagin.

ruere. Romani quoq; more patrio tubas canere & in cófertissimos
hostes acerrime concurrere iubent. Ingens initur prelium. Verum
equites Romani multitudine hostilium equitum pterriti cófestim
ab utroq; cornu fugam arripiunt. Pedites uero in sinistro cornu
positi declinato elephantorum impetu & simul multitudine mer/
cenariorum contẽpta in dextrũ Carthaginensiũ cornu ifestissime
ruunt: conuersosq; in fugam usq; in castra persequũtur. At ii qui
iuxta elephantos constiterant feda beluarum strage cateruatim
conculcantur. Ancepsaliquandiu ob resistentium fortitudinẽ pliũ
fuit. Sed postea q̃ extreme Romanorum legiões ab equitibus ũdiq;
circũuente coacte sunt Carthaginensibus resistere: ii uero quos in
media acie elephantis oppositos diximus impetu Feraq; in firmissi/
mam hostium cateruam acti fusi ab illis oppressiq; fuere tũc omni
ex parte laborãtes Romani partim feda immaniũ pecudũ strage
cõculcati atq; oppssi: alii eodẽ in loco quo initio constituti fuerãt
ab equitibus occisi. Pauci ad extremum nullam ampliusrebus suis
spem relictam cernentes celeritate pedum salutem quesiuere. Sed
ii quoq; quoniam in iis locis ubiq; planities erat: alii ab elephantis
equitibusq; profligati: alii numero quingenti cum. M. Attilio fu/
gientes mox in hostium potestatem uenerũt. In exercitu Cartha/
giniensium octingenti mercenarii milites: qui aduersus sinistrum
Romanorum cornu constiterant iterfecti. E Romanis uero dũ/
taxat duo milia quos pfecutos ad castra hostes paulo ãte diximus
salui cum militaribus signis euasere: reliqui omnes trucidati preter
M. Attilium atq; alios paucos: quos una cum eo fuge se commisisse
diximus. Carthaginenses spoliatis hostium cadaueribus: cũ cósule
ceterisq; captiuis in urbem leti atq; ouantes reuertũtur. Hic si q̃s
recte considerare uoluerit multa inueniet ad humane uite emen/
dationem utilissima. Siquidem prio q̃m hanc tum q̃q; ridiculum sit
ob res secundas: atq; exanimi sententia egregie gestas aliquam in
fortuna spem sitam habere singulare uniuersis exemplum prebuit
M: Attilius: qui cum modo tot uictoriis gloriosissime partis nulla
erga Carthaginenses ad extremũ redactos misericordia moueret
pacemq; suppliciter orãtibus negaret: mox ipse eo redactus est: ut
eadem illa suppliciter a Carthaginensibus petere cogeretur. Pre/
terea quod olim ab Euripide Sapientissime dictum feré. unicum
rectum consilium magnam militum manum uincere hoc tempore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ex iſdem operibuſ fidem accepit. Si quidem unuſ homo atq; una ſententia multitudinem que antea inuicta ſemper atq; iſupabiliſ fuerat uicit ſupauitq; ac profligatam urbem & collapſoſ tot utroꝝ animoſ inſtauravit atq; erexit. Equidem hec libēter cōmemorauī quod me non latet q̄ utilia ſint ad humane uite emendationē. Nā cū duo hominibuſ modi propoſiti ſint q̄buſ facile mutari in meliuſ queant: unuſ ob ſuam cuiuſq; calamitatem: alter ob aliene calamitatiſ exemplum: proculdubio primuſ efficax quidem magiſ eſt ueꝝ non ſine detrimento eiuſ cui accidit. Secunduſ uero & ſi nō habet in ſe tantum uirtum ideo tamē preſtat quod omniſ damni prorſuſ eſt experſ. Quo fit ut priorem quidem modum nemo ſit q̄ ſponte eligat: quando quidē abſq; dolore atq; periculo accidere id nemini poteſt: hunc uero libenter omneſ uenantur: quod per eum ſine aliquo ſuo detrimēto id q̄d meliuſ ē cernere unicuiq; liceat. Iccirco recte conſideranti optima ad ueram uitam inſtitutio uidetur eſſe experientia que fit ex comemoratione rerum ab aliiſ geſtarꝝ. Hec enim duntaxat ſemoto prorſuſ omni detrimēto optimoſ ueri boni iudiceſ perficit. Sed de hiſ hactenuſ. Carthaginenſeſ rebuſ ex ſētētia feliciſſime geſtiſ nullū letitie genuſ p̄termiſere ſiue in agēdiſ deo gratiſ uictimiſq; patrio ritu imolandiſ: ſeu in faciendiſ ludiſ dandiſq; atq; accipiēdiſ muneribuſ. Xantippuſ reſtitutiſ in p̄ſtinū ſtatum Carthaginenſiū rebuſ non longe poſt in patriam reuertiē optime rebuſ ſuiſ conſulēſ. Nam preclara facinora & reſa quoq̄m egregie geſte magnam plerumq; inuidiam & grauiſ calumniaſ conflare ſolent quibuſ cueſ quidem affinium atq; amicoꝝ multitudine freti: facile reſiſtunt: hoſpiteſ uero omniſ preſidii experteſ utroq; malo q̄ celerrime conteruntur. Afferunt & aliā diſceſſuſ Xāntippi cauſam quam ſuo loco latiuſ referemuſ. Rome ubi profligatum in Africa exercitum captumq; Cōſulē ac reliq̄ſ copiaſ in urbe Clipea obſideri nuntiatum eſt: confeſtim ad ſalutem eorum qui relicti in Africa erant conuerſi magnam claſſem parandam ſtatuunt: & in Africam dimittendam. Carthaginēſeſ interea Clipeam urbem obſidere ac ſumma ui oppugnare nitebantur. ſperanteſ ſe propediem compoteſ fore eorum qui prelio ſuperfuerant. Sed tāta erat propugnantium Romanorum uirtuſ & magnitudo animi: ut omneſ hoſtium conatuſ in irritum caderent. Quamobrem deſperata ad extremum expugnatione obſidionem ſoluerunt. Nuntiat̄ iterea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

classē a Romanis parari que rursum in Africam mitteretur : quo rumore permoti Carthaginenses ad ueterem classem reficiendam nouamq; parandam omni studio incumbunt. Statim igitē structis armatisq; ducētis nauibus obseruare atq; impedire Romanorum nauigationem in Africam conabantur: Romani facto apparatu trecentarum & quinquaginta nauium. M. Emilium & Seruium Fuluium Consules principio ueris cum omnibus copiis traiicere in Africam iubent. Igitē Consules qui Siciliā primo deinde in Africā nauigaturi oras soluunt. Iamq; non longe distabant a Mercurii promuntorio cum ex improuiso classem Carthaginensium quam obseruare hostium aduentum diximus obuiam habuere. Factoq; in eam repentē impetu centum & quatuordecim Carthaginensium naues plenas cepere. Debinc facto in Clipeam urbē itinere susceptaq; Romana iuuētute paucis diebus in Africa cōmorati Siciliā repetunt. Traiecto prospere pelago quod Africam Siciliāq; interiacet cum nō procul a Camerina urbe cōstitissent in tātā procellā calamitatemq; incidere: ut ne referri quidem satis pro rei magnitudine possit. Ex quatuor enim & sexaginta supra quadringētas nauibus uix octuaginta incolumes a tēpestate supfuere. Reliquę omnes aut submerse undis : aut scopulis infracte uniuersum littus naufragiis cadaueribusq; complerunt. Maiorem tactatā uno tpe mari factam nemo ante nostram etatem meminit. que res nō tam fortune culpa accidit q̄m consulum temeritate. Nautis enim sepe monentibus uitandum esse externum Sicilie latus qđ importuosū atq; infestum esset presertim eo anni tempore inter orionis enim & canis signa nauigabant illi spretis ac pro nihilo habitis nautarū uocibus dum superioris uictorie fiducia elati urbes quasdā hostiū p id littus capere pperant. exigue ad modū spei gratia in maxias calamitates inciderūt. Ita rebus a se paulo ante p̄clarissime gestis turpi hoc naufragio fedatis temeritatis sue penas luūt. Enimuero Romani cū uiribus in omni re utantur & quod semel decreuerūt omnino perfici necessarium ducant: nihilq; sibi impossibile factu existiment quod semel eis usum fuerit: & si plerumq; ob eā animi obstinationē recte faciunt interdū tamen in apertissimos errores dilabuntur: maximeq; in maritimis rebus. Nam in terrestri prelio cum hominibus belligerantes quia certamen inter pares est nō ab re sepenumero uictoria potiuntur: quanq; hic quoq; superantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

aliquando. In mari uero cum ſeſe omnino fortune credant nihil penſi habentes: in maxima non nunq̃m pericula incidunt: quod & nũc & aliaſ ſepenumero illiſ accidit: accideteq; poſthac ſepiuſ: quouſq; eam animi temeritatem qua ſibi cuncta eque licere exiſtimãt repreſſerit ac cohibuerit. Carthaginẽſes cogniti iſ que Romane claſſi acciderãt: quoniã nec terra ſeſe ferioreſ ſe eẽ Romanis putabãt propter profligatum. M. Attilii exercitum: nec mari propter ingẽtẽ iacturam ex naufragio factã maiori tã ſtudio ad pedeſtreſ ſimul atq; maritimaſ copiaſ parandaſ ſe cũbunt. Mox Aſdrubalem cum omni ueterano exercitu nouiſq; inſuper militibuſ ac centum & quadraginta elephantis in Siciliam mittunt. preterea ex ueteribuſ nouiſq; roſtratis claſſem ducẽtarũ nauium efficiũt. Aſdrubal igitur copiis omnibuſ tuto Lilybei expoſitis: elephantoſ militesq; continue exercere: Romanorum ſocioſ per Siciliam infeſtare: deniq; ónibuſ rebuſ intentuſ eſſe. Romani: & ſi calamitaſ ex naufragio accepta omniũ aíos fregerat: tñ ne cedere Carthaginẽſibuſ uiderentur nouam ducẽtarum & uiginti nauium claſſem edificãdã curant quod tanta celeritate factũ ẽ ut intra trium menſiũ ſpatiũ edificate naues fuerint atq; in mare deducte: quod uix credibile cuiq̃ uideatur. Cum ea claſſe. A. Aquilius &. C. Cornelius Cõſules petere Siciliam bellumq; penis inferre iuſſi: repente traiecto freto Meſſanam peruenerunt. Ibi acceptis que ex naufragio ſuperfuerant nauibuſ totam ſimul claſſem trecentarum nauium fecere. hic Panormum profecti: que precipua Carthaginenſium ciuitas erat eam magna ui aggrediuntur: duobuſq; e lateribuſ caſtrametati: paucoq; dierum interuallo machinis ac ui tormẽtoq; depoſita arce ingreſſiſq; cũ ípetu militibuſ eã partẽ urbis ceperũt: que Neapolis appellatur: quo facto reliq̃ pſ urbis quam urbem ueterem uocant metu exanimatis ciuibuſ conſulibuſ deditur. Capto Panormo Cõſules relicto in urbe preſidio Romam reuertũtur. Proxio debic Anno. C. Seruilius &. Cn. Sẽpronius Conſules creati accepta claſſe in Siciliam trauciunt: mox inde in Africam profecturi Simul ac uero in prouinciã uentũ diuerſis locis copiaſ exponunt: magnaſq; ubiq; inferunt cladeſ nihil tamen memoratu dignũ faciẽteſ. Tãdẽ in Lotophagorum inſulam puenere: que Mirmix dicitur: nec lõge abeſt a parua Syrte. Ibi ignari locorum per que proficiſcebanẽ: in arcta quedã loca deuenere: ubi refluxu maris ſ arido deſtituta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

classe in opes consilii aliq̃ndiu constiterunt. Mox cũ pene desperata iam salus foret rediẽs unda eos recepit. Verum non nisi euacuatis nauibus omniq; onere abiecto euadere incolumes potuerunt. Post eum diem perterriti tot periculis Romani cõtinue p undas ita iter fecerũt: ut fuge similis eorum nauigatio uideretur. Interiecto tpe rursus in Siciliam reuersi superato Lilybeo Panormi cõstiterũt. Hinc cum non longe post in Italiam nauigarent: tanta repente coorta tempestas fuit ut supra centum & quinquaginta naues ex ea classe procella maris per uaria loca dissiecte tandem naufragio pe/ rirẽt. Tãtis calamitatibus acceptis populus Romanus & si honorẽ ac maiestatem imperii sui ceteris rebus anteponendã existimabat: tamen magnitudine miseriarum superatus mari omnino abstinẽdũ decreuit. Paratis itaq; duntaxat pedestribus copiis. L. Cecilius & C. Curius Consules in Siciliam cum omni exercitu mittũtur. His naues duntaxat sexaginta importandi frumenti gratia date. Quo facto accidit Carthaginẽsium rem denuo superiorem esse: quippe qui & mari sine controuersia imperitabãt sublata Romana classe & in pedestribus copiis ingentẽ spẽ sitã habebant. Neq; id iniuria Perlata enim Romã fama de bello in Africa gesto: profligatisq; Romanis cum cognouissent id in primis ut atq; impetu elephãtorũ accidisse: quod illi acies dissiecissent quod ordines perturbassent: q̃ maximam in exercitu stragem fecissent: tantus elephãtorũ terror post eum diem Romanos tenuit: ut proximo biennio cum sepe in Africa sepe etiam in alios locis obuii hostibus fuissent: nunq̃ tamen aut congredi cũ Carthaginensibus: aut in locis equis castrametari ausi sint collibus semper ac montibus nullo alio q̃m elephantorum metu se tutãtes. Quamobrem Romani pauore exercitus cognito parande classi rursus omni studio incũbunt. Habitis per id tẽpus Romãe comitiis. C. Atilius &. L. Mãlius Cõsules designati nouas quinquaginta naues edificant: ueterem pterea classem & necessa/ rias copias parant. Asdrubal Carthaginensium dux cui nota Ro/ manorum formido erat cũ ex perfugis intellexisset altez; Cõsulũ cum parte copiarum in Italiam reuersum: solumq; Metellum uix cum media exercitus parte Panormi relictum instante iam tẽpe messis Lilybeo profectus exercitũ in Panormitanũ agz; iduxit. Metellus cognito hostium aduentu cum Asdrubalem uolũtatem pugnandi habere intelligeret: intra menia exercitum continebat.

Naufragiũ classis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Quibuſ rebuſ maiori fiducia elatuſ Aſdrubal quod Metellū cer/
nebat pauidum ſeſe intra urbem continere: deuaſtato undiq; atq;
incenſo agro tandem exercitum uerſuſ Panormum mouit. Conſul
tamdiu in ſententia non educēdi exercitum pmanſit quoad hoſtē
traiicere flumen quod iuxta menia urbiſ erat coegit. Poſtq; igitur
elephantoſ omnemq; exercitum appropinquanteſ uidet Metelluſ
uelociſſimum quenq; & maxime expeditum militem exire atq; ir/
ritare hoſtem iubet quouſq; uenire ad manuſ uniuerſi cogantur.
Animaduertenteſ itaq; non longe poſt que cogitauerat ex ſētētia
ſucceſſiſſe: quoſdam ex iis qui maxime leueſ atq; expediti erant p
menibuſ ſupra foſſam cōſtituit: iubetq; ut contra elephantoſ teliſq;
uerubuſq; eminuſ pugnent. Quod ſi quando irate pecudeſ cū ipetu
contra ipſoſ ferantur in foſſaſ ſe dimittant. Inde rurſuſ elephātoſ
teliſ petant. Mandat preterea ingentem telorū multitudinē extra
urbem ferri & in foſſis collocari. Ipſe cum ſigniſ militaribuſ diuerſa
regione urbiſ que leuū hoſtiū cornu ſpectabat conſtitit. Simul ac
igiē pugnari ceptum: magiſtri elephantorum qui cupidine glorie
ſibi attribui uictoriam cupiebant non expectato Aſdrubaliſ mā/
dato beluaſ iexpeditoſ concitāt. Illi ſicuti eiſ a Cōſule iuſſū fuerat
ſtatim terga uertunt: infeſtiuſq; inſequentibuſ beluiſ in foſſaſ ſe
dimittūt. Belue cumprimum ad aggerem foſſarum peruenere uno
tēpore & a multitudīe urbana ex incenibuſ & a militibuſ ex foſſiſ
ſagittiſ teliſq; multifariam feriūtur: cumq; ultra aggerem pgredi
non poſſent neceſſario terga uertenteſ in ſuoſ ruunt: agmina per/
turbant. magnam ſuorum ſtragem faciunt. Inter hec Metelluſ
alia urbiſ parte eductiſ repente copiſ in hoſteſ impetum facit. Illi
iam pridem a beſtiiſ turbati & tunc tumultuario impetu a Cōſule
oppreſſi facile profligantur. parſ eorum trucidatur: ceteri fuga
ſalutem querūt. Elephanti cum indiſ decē capti. Reliqui diſiectiſ
indiſ finito prelio omneſ in poteſtatem Conſuliſ peruenere. Hiſ
rebuſ feliciter geſtiſ magna fuit gloria Metelli Conſuliſ: quippe q
confeſſione omnium ſoluſ fuiſſe cauſa uidebatur: ut Romani mi/
liteſ non iam per ſaltuſ monteſq; diſcurrerēt ſed eqſ locis dimicare
cum Carthaginenſibuſ auderent. Verum cum fama eiuſ uictorie
Romam peruenisſet icredibili omneſ letitia affecti non tam quod
captiſ elephantiſ longe iam inferioreſ eſſent hoſtium uireſ q; quod
ſui qa potiti beluiſ fuerant audacioreſ iam facti ad bellū uidebāt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Igitur quemadmodum ab initio decreuerant: parata rursus classe
Consules in Siciliam mittũt: cupiẽtes aliquando bello finẽ facere.
Hi commeatu ceteris q necessariis rebus paratis cũ ducẽtis nauibus
in Siciliam trauciunt. Erat hic annus huius belli quartusdecimus. 14. ann. belli
Post q̃ igitur in Siciliam uentum consules acceptis pedestribus co/ in Rom. 2 Carthag.
piis que in insula erant: obsidere Lilybeum pergũt: quod ea urbe Lilibeu
expugnata facile se sperabant bellum in Africam traducere posse.
Verum Carthaginenses iisdem plane quibus Romani rationibus
moti omni studio Lilybeum seruare constituerunt: haud ignari
amissio Lilybeo nihil eis in Sicilia reliquum fore. Nam preter
Drepanum reliqua fere omnis insula sub Romanorũ ditiõe erat. Drepanũ
Ceterum ne cui forte ob ignorationem locorũ que a nobis de Si/
cilia dicuntur obscuriora uideantur: eius insule situm paucis refe/
remus. Sicilia omnis eodẽ fere mõ se ad Italiã atq; Italie termios Sicilie
habet quo Peloponnesus ad reliquam Greciam ac terminos eius.
Verum hoc interest differũt: quod hec paruo admodum freto ab
Italia diuiditur: illa exigua terra cum reliqua Grecia coniungit.
Siqdem ex Peloponneso in Greciã pedibus iri ex Sicilia in Italiã
non nisi nauibus trauia potest. Forma Sicilie triquetra specie fi:
guratur: quotq; eius anguli sũt totidem promuntoria ad extremũ
efficiunt. horum quod in meridianam plagam dirigitur abluiturq;
siculo pelago Pachynus uocat. Quod uero ad septẽtriones uergit Pachinu
fretiq; terminus est neq; amplius ab Italia distat mille & quingẽtis Pelorus
passibus pelorum appellatur. Tertium quod in Africam ac hye/
malem occasum extenditur in ipsamq; Carthaginem spectat: neq;
amplius abest a littore Africe q̃ millia passuũ centũ & uigintiseptẽ Lilibeu
Lilybeum incole uocant: diuiditq; Sardonicum pelagus a siculo.
In hoc promuntorio urbs est eiusdem nominis quam Romani eo
tempore obsiderunt mentibus fossisq; munitissima: preterea etiam
stagnis quibus nauigantibus in portum iter est: difficilisq; admodũ
ingressus nec nisi peritis exptisq; obtinendus. Romani igit Lilybeũ
obsidentes binis castris ex utraq; parte urbem cingere: fossam &
aggerẽ & crebra castella p media loca excitare: machinas struere
nihil deniq; quod ad expugnationem urbis conducere uideret p̃/
termittere. In primis turri q̃ndã que t littore sita erat Africanũq;
pelagus spectabat omnifariam machinis aggrediunt: dehic nouas
quotidie addunt disponuntq; per ordinem. Tandem sex turres ei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quam modo dixi propinquas omnes uno tempore arietibus muros
ferientibus euertunt. Itaq; cum ardua periculosaq; obsidio foret
turribus partim laborantibus partim impetu tormẽtorum euersis:
machinis preterea indies magis magisq; urbem infestantibus ingẽs
pauor atq; formido obsessorum animos occupat. Erat eorum nu/
merus qui in urbe obsidebantur preter urbanã multitudinẽ ultra
decem milia hominum. Inter hec Imilcon qui ea tempestate urbi
preerat: obsidionem Romanorum magnitudine animi & consilio
sustinebat. Vbicunq; Romani menia arietibus cõquassabãt noua
ipse menia intra urbem sufficiebat. Sicubi hostes cuniculos facie/
bant ipse alios cuniculis factis illis obuiabat. Ita semper operã atq;
laborem hostium frustrabatur. Interdum eruptiones faciebat: op/
hostium turbabat: si quo modo incendere machinas posset expe/
riebatur. Sepe etiam uel interdiu uel per noctẽ hostes inuadebat:
adeo ut plures eiusmodi certaminibus perirent q̃m perire in ueris
preliis consueuerint. Per id tempus quidam ex conductis militibus
qui ordinem in presidio Carthaginensium ducebant: de prodenda
Romanis urbe consilium ineunt: consensuq; commilitonum freti p
noctem menia prosilientes in castra Romanorum proficiscũtur.
Consulibus rem omnem exponunt. Erat ea tempestate Lilybei
Acheus quidam nomine Alexon qui superioribus temporibus Sy/
racusanis urbem tenentibus Agrigentum a proditione liberauerat.
Hic cognitis ijs que de proditione agitabantur: e uestigio rẽ ónẽ
Imilconi pãdit. Ille celeriter omnibus qui ordines in exercitu du/
cebant conuocatis preter eos qui noctu menia transgressi fuerant
uniuersa que de proditione structa erant eis aperit: rogat obtestatq;
ne per ignominiam dedere sese atq; urbem hostibus uelint: magna
insuper premia si in fide permanserint pollicetur. Cũ respondissẽt
omnes nihil sibi esse antiquius fide cõfestim una cũ ipsis ad gallos
quidem multitudinem placandam Hannibalem mittit Hãnibalis
filium eius quem in Sardinia post amissam classem cruci a Car/
thaginensibus fixum diximus: gratissimũ hũc fore uniuersis ratus
quod simul cum illis sub patre militauerat: ad ceteros uero merce/
narios milites Alexona ire iussit quod magnam in eo uiro omnes
fiduciam habebãt. Hi confestim uocata ad se multitudine partim
pcibus partim pollicitationibus tãdem effecere ut omnes unanimi/
ter in fide atq; benuolentia erga Carthaginenses permanerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Quamobrem aduentantibus mox principibus ꝓditionis: rogareq; eos: & que cum Romanis egerant aperire uolentibus: non modo non paruerunt eis: sed ne audire quidem eorum uoces uoluere. qn telis lapidibusq; eos ĩsequuti procul a menibus fugarunt. Ita Carthaginenses ex manifesto proditionis periculo summo in discrimĩe positi: parum abfuit quin in hostium potestatem uenirent. Sed Alexon qui superiori tempore ob suam in Agrigẽtinos fidem nó solum urbem uerum etiam patriam: leges: libertatem seruauerat. nunc quoq; ne Carthaginenses ad extremam permitiem deueniret confessione omnium causa fuit. Carthaginenses etsi nihil ex iis que Lilybei agebantur intellgere poterant: suspicati tamen difficultates eorum qui iampridem obsidebantur quinquaginta nauibus ad hoc ipsum paratis decem milia militum imposuere. Classi preficiunt Hãnibalem Amilcaris filium. eum paucis pro tempore hortati omni conatu Lilybeum penetrare: suisq; subsidium ferre iubent. Hannibal cum decem milibus militum primo ad Egusam insulam que media est inter Carthaginem ac Lilybeum nauigat. Nactus deinde secundam auram passis uelis in ipsas fauces Lilybetani portus ferebatur. suos omnis instructos armis & ad belligerandũ paratos habebat: Consules partim repẽtino aduẽtu hostiũ perculsi: partim ueriti ne si congredi cum hostibus tentarent nimia ui uenti sue quoq; naues in portum agerentur nauigationem hostium nequaq̃ impedire decreuerunt. armati tantum ad littus si forte hostem deterrere ab ingressu possent: concurrũt. Interea multitudo omnis que in menibus erat aduentum suorũ conspicata animos erigere: spe simul atq; letitia trepidare: aduententes plausu sublatisq; in celum clamoribus hortari. Hannibal incredibili audacia fretus cum suis nauibus aduolat. portumq; preter spem atq; expectationem omnium ingressus incolumes copias Lilybei exponit. Accepto menibus presidio: incredibili omnes letitia affecti: non tam aduentu nouarum copiarũ: q̃ q; Romani impedire Carthaginensiũ naues non fuissent ausi. Imilcon dux Carthaginẽsiũ quoniam omnes suos promptos animatosq; ad bellum cernebat: ueteres quidem milites ob aduentum noui supplementi: nouos uero quia anteactorum malorum expertes erant: minime pretereũdã esse eam oportunitatem ratus: omni studio ad incendia machinarũ incumbere decreuit. Igitur omnibus in contionem uocatis longa oratione uniuersos hortatur: eorum animos confirmat: premia

Egusa

Aura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

transitus foret. Que cum animaduerteret Amilcar: nihil intentatū
relinquens quo exercitum in Africam traduceret: tandem hoc cō-
silio usus fuit. Animaduerterat cursum eius fluminis quod supra
memorauimus interdum flante uento ita distineri: ut stagnarent
fere eius hostia: nec multū per id tempus in mare deflueret. Itaq;
facilem fore per ea tempora secus mare transitum suspicatus: rem
nemini pandit: duntaxat que exercitui ad profectiōem necessaria
erant: parat. hinc oportunū ei rei tempus expectat. Quod simu-
latq; aduenit per noctem cum exercitu profectus: nemine id

Sorza o

Machara

Sephyra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ſentiente preter fluuii boſtia copiaſ omneſ traducit. Orta uero luce & boſtibuſ & iſ qui in urbe erant tante rei miraculo obſtupefactiſ: Amilcar aduerſuſ eoſ qui Sephyram cuſtodiebant: exercitum mouit. Spendiuſ ubi traductaſ ab Amilcare copiaſ intellexit: rapto confeſtim agmine in ſubſidium ſuorum proficiſcitur. Ita ſibi inuicem utriq; exercituſ opitulabantur. Erant autem Sephyre ad decem milia hominum: utice uero circiter quindecim millia: hi facile a ſe circumueniri poſſe Carthaginenſeſ arbitrati: ſi utriq; aduerſuſ eoſ proficiſcerentur & ſub idem tempuſ alteri a fronte alteri a tergo boſtibuſ occurrerēt: repente cum omnibuſ copiis profecti confirmatiſ animis aduerſuſ Amilcarem tendunt. At Amilcar nihilominuſ iter pſequitur: prima fronte elephantoſ habēs deinde equiteſ ac leuiſ armature militeſ: poſtremo legiōarioſ. Vbi uero boſteſ ardētiuſ in ſuoſ irruenteſ cernit ſubito mutari ordineſ ac totū conuerti agmen iubet: ita ut qui a fronte erant conuerſo itinere de induſtria quaſi fugam facerent: qui uero poſtremi incedebant: alia ex parte flectenteſ: in primā frontem properarēt. Quo facto Libyeſ qui utrimq; Carthaginenſibuſ obuiabant rati boſteſ eo tumultu perterritoſ fugam arripuiſſe: deſerto ordine circa illoſ funduntur ſtatimq; ad manuſ ueniunt. Simulac uero equiteſ ſibi appropinquanteſ ac reliquaſ copiaſ cum impetu irruenteſ cernunt: nouitate rei perterriti: celeriter diſſipantur: ac poſtremo ſe fuge committunt. alii a legionariiſ militibuſ a tergo inuadentibuſ magna cum cede profligati: alii ab elephantiſ equitibuſq; qui poſt legionarioſ ruebant: peſſumdati. Ad ſex millia boſtiū in eo prelio cecidere. Capti circiter duo millia. Reliq fuga accepta partem ad Sephyram urbem nonnulli in caſtra que circa uticam erāt ſe recepere. Amilcar his rebuſ feliciſſime geſtiſ: boſteſ qui Sephyram aufugerant inſecutuſ: urbem primo aduentu cepit militibuſ qui in ea erant ad oppidum Tuneſe ueſtigio fugiētibuſ hinc per reliquam prouintiā graſſatuſ: pleraq; oppida i poteſtatē redegit: alia tormentiſ ac manu militari expugnauit. Ex quo factum eſt ut Carthaginenſeſ: qui paulo ante nullam rebuſ ſuiſ relictam ſpem cernebāt: priſtinum robur audaciamq; reſumerēt. Matho per id tempuſ hipponē obſidebat hic Spendio & Autarico gallorum duci perſuaſerat: ut boſteſ inſequerentur: & plana qdē loca ob elephantorum equitumq; boſtiliū multitudinem: euitarēt: radiceſ uero montium tenerent: neq; ab boſtibuſ ob multa que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

accidere poterãt longe ſecederent. preterea numidaſ libyeſq; fre/
quentibuſ nunciuſ ſolicitabat: monenſ atq; oranſ ut ſibi preſidium
ferrent: neq; paterẽtur tam opportuna ad libertatem africe tem/
pora in irritum labi. Spendiuſ igitur ſex ueteranorum millibuſ ex
omni multitudine que apud tuneſ erat aſſumptiſ per radiceſ mõtiũ
non longe ab hoſtibuſ caſtra metabatur. habebat preterea una
galloſ q ſub Autoriſ militabãt. erant hi circiter duo millia hominũ.
Nam reliqua gallorum multitudo bello Siculo Romaniſ Ericem
obſidentibuſ ad eoſ tranſfugerat. Cum interea Amilcar in quadã
planitie undiq; mõtibuſ circum ſepta cum omni exercitu moraret̃
auxilia numidarum afrorumq; magna multitudine Spẽdio ſuper/
uenire. Quo factum eſt ut exercituſ Carthaginenſium tribuſ
undiq; hoſtium caſtriſ cingeretur. a fronte afri: a tergo numide:
ab latere Spendiuſ imminebat. In tam iniqua conditione maxima
diu Amilcarem dubitatio tenuit: quid ſibi agendum foret. Erat p
id tempuſ inter numidaſ Narua quidam nobilitate generiſ claruſ:
ac in primiſ manu promptuſ. Iſ ſemper Carthaginenſibuſ affectuſ
fuerat: & tunc in primiſ Amilcariſ uirtutẽ admirabatur. Quãobrẽ
oportunum tempuſ adeſſe ratuſ quo amicitiam cum Amilcare iret
in eiuſ caſtra proficiſcitur: habenſ ſecum numidaſ circiter centum.
Cumq; iam prope foret audacter conſtitit: colloquiũ manu petẽſ.
Amilcar eiuſ uiri audaciam admiratuſ unum ex equitibuſ ad eum
mittit. Ille idcirco ſe ueniſſe dicit ut ducem alloquatur. Amilcare
adhuc dubitante neq; id credente: Numida equum atq; haſtam iſ
qui ſecum erant: tradit: ipſe intrepiduſ ad Amilcarem proficiſcitur.
Cuncti admirabantur obſtupebantq; tantam uniuſ numide auda/
ciam. Tandem uero in colloquium uocatuſ narrat ſeſe omnibuſ
Cartaginenſibuſ mirifice affectum ſemper fuiſſe: Amilcariſ uero
amicitiam iam pridem ſummopere optaſſe: proinde adeſſe nunc ſeſe
nunq̃ duci defuturum ſed omnibuſ in rebuſ ſua oĩa cum illo ſine
fraude communicaturum. Ea re audita Amilcar: tantã animo letitiã
concepit: tum ob audaciam adoleſcentiſ q; adeo intrepide ante eiuſ
conſpectum profectuſ fuerat: tum ob ſimplicitatem qua inter lo/
quendum fuerat uſuſ: ut non modo eum rebuſ ſuiſ ſociũ adiũxerit
ſed & filiam ſe ei in uxorem traditurum iureiurando affirmarit:
dummodo fidem Cartaginenſibuſ ſeruaret. Poſtbec narua ad ſuoſ
reuerſuſ: poſtridie cũ duobuſ millibuſ numidarum qui ſub eo erãt
ad Amilcarem tranſit. Ea manu militum Cartaginenſibuſ addita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Amilcar iam cum hostibus dimicare ausus fuit. Spendiusitē auctis suorum uiribus aduentu afrorum ac numidarū: exercitum in loca equa deducit: ac sine mora cum hostibus congreditur, fit atrox prelium. Tandem Cartaginenses & multitudine elephantorū freti & Narua egregie operam nauante: uictores in eo prelio fuere. Autoricus & Spendius disperatis rebus fugam arripuerunt. ex reliquis ad decem millia hominum in prelio cesi capti uero circiter quatuor millia. Post id prelium Amilcar captiuis omnibus qui secū militare uellent licenciam concedit: armaq; ex defunctorū hostiū spoliis prebet. Ceteros uero ad se uocatos hortatūne posthac arma aduersus Cartaginenses moueant se omnium que usq; in eum diem patrarant: impunitatem cōcedere: proinde si uelint licere unicuiq; in patriam reuerti. Per idem tempus cōducti milites qui Sardiniā custodiebant: Mathonem ac Spendium imitati Carthaginenses omnes qui in insula erant: inuadunt. Bostarum ducem ac reliquos qui cum eo erant in arcem adductos paulo post obtruncant. Annone rursus duce in Sardiniam cum nouis copiis misso: conducti milites confestim simul cum ueteranis contra eum conspirant: & mox excruciatū cruci affigunt. Post hec dignam tam atroci scelere penam uerſti: Carthaginenses omnes qui in insula morabantē passim interfecere. oppidisq; omnibus atq; arcibus potiti ipsi post eum diem insulā tenuere: donec orta inter se ac Sardinie populos seditione ab illis expulsi in italiam uenerunt. Per hunc modum Sardinia a Carthaginensibus defecit insula & magnitudine & multitudine hominum: & omni fructuum genere excellens. De qua quoniam multi ante nos scripsere: non duximus necessarium ea repetere que a multis tradita omnibus notissima sunt. Matho ac Spendius & una autoricus gallorum dux: ueriti ne Amilcaris benignitas in dimittendis captiuis presertim oblata impunitate: apud libyes ceterosq; cōductos milites preualeret: crudele aliqd facinus machinari conabantur quo multitudinis animos a Cartaginēsibus omnino alienos faceret. Igitur contionem aduocare iubent: quo simulq; omnis multitudo conuenit: tabellarius quidam cum litteris adducitur: uelut nuper ad eos ex Sardinia missus. Tenor litteraq; fuit ut Gesconem ceterosq; captiuos diligenter custodirent: esse.n. in exercitu nonnullos qui Carthaginensiū gratia liberationē illoq; querant. Spendius huiusmodi occasionem nactus: primo hortatur milites ne simulate Amilcaris clementie in dimittendis captiuis fidē

Sardinia magnitudine, & multitudine hominum, & omni fructuum genere excellit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

adhibeant: non enim idcirco eos dimisisse quo saluos esse cuperet: sed ut per illorum dimissionem omnium simul potiretur: neq; de alquibus sed de uniuersis supplicium sumeret. preterea admonet ut Gesconem & ceteros Cartaginēses diligenter obseruent: neq; abire per negligentiam permittant. Nam si aliter fecerint statim sese & hostibus contēptui futuros & in rebus gerendis maxima incōmoda subituros. &enim quis dubitet si tam egregius dux: tamq; prestās in re militari ex eorum manibus per socordiam dilabatur cōfestim uniuerso exercitui suo eundem inimicissimum fore. Adhuc eo dicēte alter a tunete tabellarius aduenit: eiusdem plane sententie litteras eiusdem sententie litteras. afferens. quibus in contione recitatis Autoritus dux gallos assurgens unam inquit salutis uiā sese rebus suis prospicere si omnis spes quam in Cartaginensibus habeant precidat quandiu quis ad illos benignitatem respexerit fidum in bello socium esse nō posse. Itaq; illis maxime credere oportere: illos audire: illis mentem adhibere qui quam acerbissima contra Cartaginenses consulerēt: qui uero aliter suaderent: proditores atq; hostes iudicandos esse. Hec cum dixisset hortatur suadetq; ut Gesconem ac ceteros qui cum eo in uinculis erant: item Cartaginenses omnes qui postea capti forent: grauiter excruciatos necent. Erat hic maxime in cōtionibus auctoritatis: cuius orationem plurimi intelligebāt. Nam homo lōgo tempore militie assuetus punica lingua utebatur: que tam ob diuturnitatem eius belli omnibus fere notissima erat. Igitur oratio eius fauore militari excepta a multitudine laudatur. Verū multis ex singulis quibusq; nationibus simul euntibus consultantibusq; inter sese optimum fore ut duriora illa supplicia tollerentur presertim in Gescone cuius multa erga se beneficia extabant: nihil prorsus quod ab illis diceretur intelligi poterat: utpote multis simul & singulis propria lingua consulentibus. Cum uero tandē cōstaret eos supplicie Cartaginensium deprecaturos: seditiosus quidam qui tum forte aderat: sublato clamore iniice inquit: quo uerbo audito continuo omnes uno impetu a multitudine lapidibus obruuntur: adeo ut paulo post ecs ueluti a feris laniatos propinq; eos exuterint. Post hec Gesconē & reliquos captiuos qui numero septingēti erant extra uallū producunt Ibi a Gescone incipientes quē paulo ante ex omnibus Cartaginensibus ueluti de se optime meritū reges suorum arbitrum elegerant singulorum manus precedunt mēbra dilacerant & ad extremum fractis cruribus adhuc uiuos in strobē

Crudele

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quandam conficiunt. Cartaginenſes ſupplicio ſuoꝝ ciuium cognito
quid agerent nō habebant duntaxat quod in eis erat ſupra modū
affligebantur ac tantam urbis ignominiam: tantam ſuorum ciuiū
calamitatem deplorabant. Demiq; ad Amilcarem atq; Annonem
alterum Cartaginenſium ducem legatis miſſis rogant opteſtantēq;
ne tantam in conciues ſuos crudelitatem multam relinquant. Ca/ conciues
duceatores preterea qui defunctorum corpora ad ſepulturā petāt
ad crudeliſſimos hoſtes tranſmittunt. Illi non ſolum cadauera eis
negant uerum etiā Carthaginēſes admonent: ne poſthac caduce/
atores ad ſe mittant: neq; etiā legatos: ſi ſecus fecerint idem de illis
quod nuper de Geſcone ſupplicium ſumptum iri. Quod reliquum
fit ſeſe unanimi cōſenſu iam diu conſtituiſſe fixumq; animis tenere
ut quicumq; e Cartaginenſibus in poteſtatem ſuam ueniant duris
affectu ſupplicijs necentur. qui uero ex Cartaginenſium ſocijs ca/
piantur: eos preciſis duntaxat manibus Carthaginē remittant. Quā
poſtea rem diligentiſſime obſeruarunt. Quo fit ut ſi quis hec recte
intueatur non dubitet affirmare Non modo Corpora hominum:
& quedam in illis ulcera ita interdum crudeſcere: ut ſanari nullomō
poſſint: ſed id longe magis humanis animis accidere. Vt enim in
ulceribus euenit: ut ſi illis medicamentum curandi gratia adhibeas
ulcus ipſum ut medicaminis refricatum augeſcit: ſi uero curā eius
negligas longe magis ſua ipſius natura extendit neq; prius deſinit
q̄ omne ſubiectum corpus corruptum labefactumq; ſit. Ita animis
quoq; conſimiles interdum morbi ac tabes accidunt: ut nullum ex
reliquis animalibus homīe atrocius atq; efferatius fiat. Cui ſi interdū
uenia aut impunitatem aliquā conceſſeris: aut aliter benignitate
eum. fueris proſequutus: id omne dolum fraudēq; exiſtimās deterior
fit: & erga beneficium longe magis infidus. Si uero te contra op/
poſueris: nihil eſt adeo durum crudele nefarium quod non facile
aggrediatur: laudem ſibi eam temeritatem exiſtimans. donec ad
extremū omnīo efferatus animus humanam naturā exuit. Quaꝝ
rerum initium ac ſane maiorem partem: mali mores afferunt: &
deprauata a teneris annis educatio: additamenta poſtea multa ſūt.
ſed in primis auaritia ducum atq; crudelitas: que omnia ea tem/
peſtate & multitudini & in primis ipſis ducibus accidere. Inter hec
Amilcar Annonem alterum Cartaginenſium ducem ad ſe uocat:
ratus congregato ſimul omni exercitu facilius perduci ad finem
res bellicas poſſe: hoſtium uero quoſcumq; aut tūc captiuos apud

auaritia ducū
atq; crudelitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

se habebat aut postea in eius potestatem uenere bestius obiecit: unā tantum belli dissolutionem uidens si aliquando posset hostes radicitus euertere. per id tempus cum uiderentur Cartaginenses longe meliori spe bellum gerere subito mutata fortuna uerti in contrarium res ceperunt. Simulac enim in unum ducem conuenere tanta inter eos dissensio orta est: ut non solum curam persequendi hostes ommiserint sed potius opprimendi se facultatem hostibus prebuerint. Quibus rebus pmoti Cartaginēses tulere ut e duobus ducibus alter in urbem reuerteretur alter quem milites mallent in exercitu maneret. Accessit adhec q honorarie fere omnes qbus ad ferendum in castra frumentum ceteraq necessaria importanda utebanē aduersa tempestate correpte naufragiū fecerāt. preterea Sardinia ex qua plurimum subsidii ad res belicas habere semper consueuerant: a Cartaginensibus uti supra diximus defecerat. & nequid eorum calamitati deesset hipponēses atq uticenses qui soli ex omnibus affrice populis nō solū in eo bello: sed etiā Agathoclis Romanorūq temporibus continue Carthaginensibus fidem seruauerant tunc mutata uoluntate ad hostes defecerunt: Cartaginenses q omnes qui presidii causa apud illos erant una cum eorum ducibus crudelissime interfectos membus precipitauere: neq eorū cadauera petentibus ad sepulturam ciuibus reddere uoluerūt. His rebus elati Matho ac Spendius ipsam Carthaginem obsidere aggrediuntur. Amilcar tum Annibalē Carthaginensiū ducē collegā habebat: hunc enim miserant Cartaginenses repulso a cura belli Annone: per milites quibus in dissensiōe ducum data fuerat a populo potestas quem uellent retinendi. Cum hoc igitur & narua coniunctus per prouinciam discurrebat precidens undiq hostibus cōmeatum. Maximam enim cum in hac tum in ceteris rebus prestātia naturaue operā nauabat. Cartaginenses undiq ab hostibus circumuenti confugere ad socias ciuitates cogebantur. Quibus per ea tēpora hierō Syracusanus magna submisit auxilia suppeditatis omnibus que a Cartaginēsibus petebantur. Siquidem salutē illoz plurimum rebus suis conducere sibi persuaserat: & ad imperium in Sicilia & ad amicitiam cum populo Romano conseruandam. ne Cartaginensibus omnino oppressis liceret Romanis omnia que collibuissent nemine iam contradicente perficere. prudenter sane atq astute. Nunq̄m enim huiusmodi res contemnende sunt neq permittendum cuiusq̄ principatum in tantum crescere ut neq de

Amilcar
Annibal
Narua
Hieron 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

manifesta iustitia apud eū dubitare liceat. Romani quoq; federe
cum Cartaginensibus astricti nihil industrie quo minus omnē illis
opem prestarent: pretermisere. A principio enim orta inter utrūq;
populum quedā dissensio fuerat ex hutusmodi causis. Cartaginēses
cum primum obsideri ciuitas cepit: circiter quingentos homines:
qui ab italia questus gratia nauigantes frumentum in castra hostiū
deferebant capi & in carcerem conici fecerunt. eam rem grauiter
& iniquo animo populus Romanus tulit. Verum cum paucis in-
teriectis diebus ob eam rē legatos Cartaginē misisset: Cartaginēses
benigniter omnes qui inuinculis erant dimisere. que res usq; adeo
grata Romanis fuit ut confestim captiuos omnes Cartaginensiū
qui ex bello siculo apud eos remanserant: sine pretio liberauerint
semperq; post eum diem Cartaginensibus subsidium petentibus:
dederint: mercatoribus qui sub eorum imperio erant ut frumentū
Cartaginem exportarint permiserint: contra uero ferre in castra
hostium commeatum oīibus prohibuerint. Preterea quo tēpore
ueterani qui in Sardinia erant a Cartaginensibus defecere missos
ad se legatos qui insulā populo Ro. traderēt audire noluerūt Vti-
cēses uero paulo post se ac sua pari modo illis dedētes respuere:
nullaq; in re trāsgredi leges federis uoluerūt. Cartaginēses talibus
amicorum p̄sidiis subleuati obsidionē tolerabant. Matho uero ac
Spēdius n̄ minus obsidebāt q̄ obsidebāt: siqdē i tantā rei necessa-
riaq; penuriā eos Amilcar adduxerat: ut tādē coacti fuerīt obsi-
dionē dissoluere. Interiecto tpe optimis q̄busq; ex oīibus copiis
militibus delectis & quinq̄ginta millibus hominū simul cōgregatis
confestim cōtra Amilcarē cōtendūt. Ceteq; planitiē ob elephātoq;
atq; equitū qui sub Narua erāt multitudinē semp uitabāt: loca
duntaxat edita ac nō facile peruia p̄occupare nitebant. Quo tpe
& si uiribus atq; audacia haud quaq̄ inferiores erāt hostibus: ob im-
peritiā tamen rei militaris sepenumero a Carthaginēsibus superā-
bant. Tum denīq; recte discernere licuit quātū inter peritiā ducis
ac temeritatē imperite multitudinis itereſſet. Nā cū per singulos
dies p̄lia cōmitterent: Amilcar nil temere nil imprudēter gerendo
Spēdii audaciā domuit. Nonunq̄. n. simulata fuga in insidias p̄ci-
pitē traxit: interdū ex improuiso hostes aggressus magnū eis terrorem
iniecit. quicūq; uero uiui in eius potestatem uenere feris laniādos
obiecit. Tandē castris circū copias hostiū positis: in locis hostibus
quidē prorsus incommodis Cartaginensibus uero commodissimis eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

difficultatis eos adduxit ut neq; pugnare cũ hostibus metu equitũ
atq; elephãtorũ auderẽt: neq; fugere tuto possẽt fossa undiq; ac
uallo circũsepti: & ad extremũ fame coacti suis ĩuicẽ corporibus
uescerẽt: diis eã ultionẽ dignã sceleribus que in ꝓximos patrarãt
ĩferẽtibus. Igit̃ neq; ad manus cũ hostibus ueniebãt: cũ & uictoria
Cartaginẽsiũ & genus supplicii ĩ aperto forẽt: neq; de federe mẽ/
tionẽ faciebãt cũ nullũ misericordie locũ sibi relictũ ob superiora
scelera ĩtelligerẽt. Presidiũ duntaxat a tunete singulis diebus ex/
pectãtes om̃ia tolerabãt. Postq̃ uero & captiuoꝝ & ministrorum
corpora crudelissĩe absũpta. hoc.n. alimẽto diutius usi fuere ĩcerto
cõsilio ĩter angorẽ famis ac formidinẽ supplicii fluctabãt. Tandẽ
uero adire hostes ducemq; de federe alloq decreuere. Misso igitur
Caduceatore petũt ut liceat legatos ad Amilcarẽ mittere. Cum id
ĩpetrassẽt legati ad ducẽ ueniũt. cum qbus Amilcar ita paciscit̃: ut
liceat Cartaginẽsibus decẽ ex hostibus quos uelint eligere: reliq cũ
singulis tunicis abire impune possint. Id cũ firmatũ ĩter eos esset:
Amilcar ĩquit eos sese q p̃sẽtes erãt scd̃m pactionẽ eligere. In hũc
itaq; modũ Spẽdius & Autaricus aliiq; exercitus p̃mores amilcari
tradũt̃: Lybies ubi captos eoꝝ duces ĩtellexere rati fidẽ a Carta/
ginẽsibus fractã quod eius pactionis ignari fuerãt captis armis in
parte castroꝝ se tutabãt̃. Eos Amilcar elephãtis ac reliquis copiis
aggressus cõtinuo oppressit: om̃esq; qui supra quadraginta millia
hominũ erãt trucidauit: iuxta locũ quẽ serrã uocãt a similitudine
ĩstrumẽti quod hac appellatione ĩpresẽtia notat̃ ita appellatũ. his
rebus gestis Cartaginẽses q paulo añ desperasse de salute uidebãt̃
cõfirmare animos ac uires aliq̃ntisp resũmere ceperũt. Amilcar &
una cũ eo Narua atq; Annibal p ꝓuintiã urbesq; discurrũt. hinc
magna afrorũ multitudĩe in Cartaginẽsiũ partes cõuersa multisq;
receptis urbibus tunes exercitũ ducũt. Mathonẽ ac ceteros qui cũ
eo erãt obsidere aggrediũt̃. Ab eo latere oppidi qd̃ ad Cartaginẽ
spectat Annibal castrametabat̃. Amilcar uero ad eam partẽ que
huic opposita erat. Hic adducto Spẽdio ceterisq; q in uinculis erãt
om̃es in cõspectu hostium crucibus sustulerũt. Matho interea di/
gressis hostibus cũ cõspicaret̃ Annibalẽ temere nimiũ atq; impru/
dẽter in castra cũ exercitu redeũtẽ: haud p̃termittẽdam eiusmodi
occasionẽ ratus: facto in Cartaginẽses ĩpetu plerosq; eoꝝ ĩterficit
reliquos fugat castra depopulat̃: impedimẽta om̃ia dirripit. Dux
ipse Annibal uiuus capit̃. hũc e uestigio ad crucẽ Spẽdii tractum

Nota.

Serra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

diuersis affectũ suppliciis: illius corpore deposito uiuũ eidẽ cruci affigũt. Triginta preterea ex nobilitate Cartaginẽsi uiros circa Spẽdii corpus crudelissime trucidant: Fortuna utriq; uicissim facultatẽ ulcissẽdi se prebẽte. Amilcar nec satis propere eruptionẽ hostiũ ĩtellexit ob distantiã castroꝝ. Nec postq̃ intellexit ferre auxiliũ potuit ob locoꝝ difficultatẽ. Quamobrẽ tunete ꝓfectus exercituq; ad Macherã fluuiũ ducto iuxta fluminis hostia secus littus castram eatus est. Cartaginẽses clade suoꝝ ꝑter spem accepta rursus rebus suis diffidere ceperũt. Sed statim ad se reuersi saluti ciuitatis om̃i conatu incũbũt. Triginta senatores ad Amilcarẽ legatos mittũt. Cũ his Annonẽ priorẽ ducẽ nouo delectu iuuẽtutis facto ꝓficisci iubẽt. Senatoribus mãdãt ut ꝑuatas ducũ simultates oĩno dissoluãt: cogãtq; eos cõmuni cõsilio bellũ gerere: acerbitatẽ tẽporũ & ꝑsentis rei necessitudinẽ ante oculos ponant. Senatores congregatis simul ducibus post multos uariosq; sermones: tandem Annonẽ atq; Amilcarẽ ignoscere sibi inuicẽ & parere Cartaginẽsibus cogũt. Ita posthac om̃ia cõmuni duoꝝ ducũ cõsilio administrabãt. Quapropter bellũ aduersus Mathonẽ gerẽtes post multos casus quos & apud leptẽ oppidũ & aliis in locis habuere tandẽ ex cõposito decernere cum hostibus statuerũt. Vtriq; ad hoc alacres ueniebãt. Igit̃ socios omnis cõuocãt copias undiq; cõtrahunt ꝑsidia etiã ex ipis urbibus educũt: tãq̃ de oĩbus rebus uno tpe dimicaturi. Postq̃ ex utraq; parte om̃ia ad pugnã ĩstructa parataq; erãt: ex cõposito se ĩuadũt. fit atrox preliũ. ad extremũ uictoria penes Cartaginẽses fuit. hostiũ magna pars inter certandũ cesi: Reliqui ad ꝓpinq̃ q̃ndã urbẽ cõfugiẽtes nõ lõge post sese Cartaginẽsibus dedidere. Vticenses duntaxat atq; hipponẽses cõcii perpetrati a se sceleris: neq; ullũ uenie aut misericordie locũ sibi relictũ putãtes in pertinatia ꝑmanserũt. Vsq; adeo om̃ibus in rebus plurimũ mediocritas potest: prestatq; nihil spõte uideri affectasse quod cuiq̃ ĩtolerabile futuꝝ sit. Ad extremũ Amilcare atq; Annone q̃ ꝓxime eos castra mouẽtibus sublata oĩ spe: dedere sese atq; ea pacisci que Cartaginẽsibus uiderẽt̃ coacti fuere. per hũc modum finis africo bello ĩpositus ita prospero Cartaginẽsiũ euẽtu ut nõ solũ omnem africam recuperarint ueꝝ uniuersos rebellionis principes meritis tandẽ suppliciis affecerint. Siquidem Matho reliquiq; captiui in triumphũ a iuuentute Cartaginẽsi per urbẽ ducti dignas tandem sceleribus suis penas luere. Tribus fere annis & quatuor mẽsibus id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

bellū durauit omniū que nos audiuerimus crudelitate ac om̄i sceleꝝ genere maximū. Romani ea tēpestate suasionibus militū: qui e sardinia ad eos trāsfugerāt pellecti: nauigare in insulā pergebāt. Ceteꝝ Cartaginēsibus id egre ferētibus quod ad se potius spectare īsulā dicebāt & iam copias quas in Sardiniā mitterēt parātibus: Romaī eam nacti occasionē bellū illis īdixere: querētes eū belli apparatū nō tam cōtra Sardiniā q̄ cōtra se ip̄os fieri. At Cartaginēses qđ se per id tempus minime idoneos esse ad bellū denuo cū Romanis gerēdum ītelligebāt cedentes tempori usq; adeo omnes belli causas auertere conati sūt: ut nō modo īsulā reliquerint ueꝝ etiā mille & ducēta talēta ne se in p̄sentia bello īfestarēt Romanis miserint. Hec igit̄ ita gesta fuere.

Sardinia q̄ facta ē.

Polybii Historici liber Scđs Annaliū incipit feliciter.

Vperiori libro exposuimus quādo Romani cōpositis italie rebus exteraꝝ nationū res aggredi ceperūt. quomō ī Siciliā nauigarūt: q̄s ob causas pro hac ī sula bellū cū Cartaginēsibus gesserūt: quo p̄mū tp̄e naualeſ copias pararūt: & breuiter quecūq; in hoc bello utriq; ciuitati usq; ad finē accidere. In quo Cartaginēses qdē ꝓrsus Sicilia excesserūt: Romani uero omnem īsulā preter ea loca que hieron Syracusanorū rex tenebat īperio suo adiecere. Hinc a nobis cōmemoratū quo pacto orta inter Cartaginēses & cōductos eorum milites seditione bellū exarsit quod africanū nominat̄: & quo tādē īaudita hominū crudelitas euasit: postremo quē finē eiusmodi res habuere. Nūc uero que hec sequuta sūt sūmatim conabimur perscribere: singula queq; quēadmodū initio ꝓposuimus attingentes. Postq̄ Cartaginēses africe res cōposuere. cōfestim Amilcarē cum exercitu ī hispaniā mittūt. Hic cū oībus copiis ꝓfectus Annibale filio comite q tū fere nonū etatis sue ānū agebat superatis colūnis herculis magnā hispanie ꝑtē Cartaginēsibus recupauit. In iis locis ānos circiter .ix. cōmoratus multis hispaīe ciuitatibus bello subactis: plerisq; etiā pacta salute atq; īpunitate bonoꝝ in fidē Cartaginensiū receptis dignā tandē rebus a se gestis mortē obiit: si quidem aduersus atrocissimos uiros ac potētissimos populos bellū gerens & maximis q̄busq; periculis ītrepide sese ac cū sūma omniū admiratiōe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

subiciẽs extremũ uite diem morte cõfecit. Cartaginẽses exercitui Asdrubalẽ Amilcaris sociũ p̃fecerũt. Romani per id tẽpus ĩ illyriũ atq; eas Europe partes cũ exercitu trãsfretarũt: que res diligenter animaduertẽda est ab iis: q uere & ꝓpositum nostꝝ & originẽ atq; ĩcremẽtũ romane potẽtie ĩtelligere studẽt. Eiusmodi igit̃ trãsfretatio ob tales q̃sdam causas facta est. Agron illyrioꝝ rex pleurati filius fuit. hic equestres pedestresq; copias longe plures habuit q̃ quispiã ceteroꝝ regũ q añ eũ in illyrio regnauerãt. Atq mercede a Demetrio Philippi patre corruptus: Medioniis q ab Etolis obsidebãt̃ subsidiũ tulit. Etoli enĩ cũ nullo pacto ꝑsuadere Midiõiis potuissẽt ut suis ĩstitutis ac legibus uterent̃: tandẽ uiribus aggredi eos ceperũt: positisq; circa urbẽ diuersis in locis castris eã obsedere omnẽ uim atq; machinã adhibẽtes quo urbe potirẽt̃. Ceteꝝ cũ interea comitioꝝ dies aduenisset essetq; dux alter exercitui p̃ficiẽdus obsessorũ rebus adeo iam extenuatis ut nihil aliud q̃ de deditione cogitare uiderẽt̃ Asdrubal Etolos adit: atq; equũ ĩquit esse seseq; q tot labores periculaq; in ea obsidiõe perpessus fuerat: fortunis quoq; hostiũ si uincerẽt̃ atq; armis potiri. Fuere ea tẽpestate complures ex iis p̃sertim ad quos ꝑuenturus eiusmodi magistratus uidebat̃: q eam cõditionẽ moleste ferentes multitudinẽ rogarunt: ne qd noui decernerẽt: sed rem om̃em ĩtegrã ei quẽ fortuna uellet reseruarẽt. Tandẽ ab Etolis decretũ ut qcũq; urbis potiret̃ predã omnẽ fortunas atq; arma cum Asdrubale diuideret. Cum hec ita se haberẽt essetq; postridie comitiorũ dies: quo pro cõsuetudĩe Etoloꝝ prior dux a magistratu remouẽdus nouusq; creandus erat: per noctem circiter centũ lembi midioniã ad loca urbi uicina nauigarũt. in his erãt illyrioꝝ decẽ millia. Vbi ad portũ uentũ est: ac iã dilucescere dies cepit: clam maturato gressu in terrã descendunt. & more solito aduersus Etoloꝝ copias cohortes agũt. Etoli aduẽtu eoꝝ cognito & si nouitas rei atq; audacia illyrioꝝ omniũ simul corda mẽtisq; ꝑstrĩxerat: animis tamẽ iam lõgo tꝑe elati & propriis cõfisi uiribus maiorẽ eqtũ atq; armatoꝝ partẽ ante castra in plano collocãt: cũ alia q̃dã eqtũ atq; expeditoꝝ militũ parte loca quedã ꝑoportuna nõ lõge a castris p̃occupãt. Illyrii ĩpetu repẽte ĩ expeditos facto tum ob multitudinẽ militũ tũ ꝙ agmẽ in medio dẽsissimũ erat sine mora eos expulere: eqtes uero qui una erãt recipe sese ad reliquũ exercitũ turpi fuga cogerũt. hĩc ex oportunis locis ĩ eos q cõstituti in planitie fuerãt citato agmine irruẽtes e uestigio om̃es in fugam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uertũt. Midoni ex urbe profecti eos ĩsequunt. Etoloꝝ magnam
partẽ cedũt: aliosq; capiũt. armoꝝ atq; ĩpedimẽtoꝝ omniũ sine cõ/
troversia potiũt. Illyrii peracto regis ĩperio ĩpedimẽtisq; atq; oĩ
preda nauibus ĩpositis solutis lembis e uestigio domũ redeũt. Mi/
donii recuperata preter spem salute: aduocatoq; cõsilio cũ de aliis
rebus inter se cõsultãt tũ in ꝑmis de diuisióe ꝑde armoꝝq; hostiliũ
fortuna ꝙsi de ĩdustria uim suam ex iis que illis acciderãt ceteris
quoq; hominibus ostendente. Nam que propediẽ passuros sese ab
hostibus uerebãt: eadẽ ipsi iubẽte fortuna intra paucorũ dierum
spatiũ hostibus intulerũt. Etoli uero eo calamitatis redacti oĩbus
documẽto extitere nunq̃ futuris rebus ueluti iam factis cõfidendũ
esse: neq; spem in iis collocandã que euenire aliter pusſũt: sed con/
tinue partẽ aliquã iis que preter spẽ accidere ualẽt reseruãdã: cũ
oĩbus in rebus quãdoqdẽ homines sumus tũ uel maxime in bellicis.
Agro rex postq̃ lembi uictores affuere cognitis suoꝝ rebus gestis
incredibili letitia elatus ꝙ Etolos tantopere utribus suis cõfidentes
a suis uictos ĩtelligebat intẽperstiuis cõuiuiis & ꝓpotãdi puigilãdiq;
insane dulcedini deditus in egritudinẽ incidit qua paucos post dies
cõsũptus diem suũ obiit. Extincto Agrone in locũ eius Tentam
uxorẽ suffecere: hec regnũ ꝓ fidem amicorũ administrabat. Atqui
mulierbri usa ingenio & ad illam duntaxat prosperitatẽ respiciẽs:
nihil aũt exteraꝝ rerum cogitãs primũ oĩbus suis cõcessit: ut qui
priuati nauigare uellẽt: depdari quoscũq; impune possẽt: posthec
parata ingẽti classe eam emisit oppositã omnẽ puinciã sibi ĩimicã
esse ducibus asserens hi primo impetu Eliẽses Messenioſq; inuadũt.
quippe eas frequẽter regiones illyrii populabant. Nam & ꝑpter
longitudinẽ maris & ꝙ mediterranee erãt ꝑcipue eaꝝ regionum
ciuitates nõ facile obuiare illyriorũ ĩcursionibus poterat. ĩtrepidi
per omnẽ puinciã discurrebãt: uastabãt dirripiebãtq; oĩa. per
idẽ tẽpus cũ forte in Epiꝝ ꝓficiscerẽt exportãdi cõmeatus gratia
phenicẽ uenere. Erãt tũ in ea urbe galli milites circiter octingẽti
q mercede ab Epirotis cõducti urbẽ tutabãt. cũ his habito ser/
móe depditióe ciuitatis: haud reluctãtibus gallis in terrã descẽdũt
statimq; & urbe & oĩbus que intus erãt gallis iuuãtibus potiunt.
Epirote ea re cognita ex tẽplo cũ oĩ populo suppetiasserũt: &
nõ longe ab urbe iuxta ꝓpinq flumĩs ripas castra metãt: tabulas
ut ab iis q in urbe erãt tuti forẽt: e põte dirimunt. Interea cũ eis
nũtiaret Scerdilaidã cũ quinq; millibus illyrioꝝ pedestri itinere ꝙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

anguſta Antigonie loca aduentare exercitum diuidũt. partem in Antigoniã ſeruatũ ea loca trãſmittũt. reliqui ibidẽ ſecuri pmanẽt perinde ac ſi nullũ ab hoſtibuſ periculũ metuerẽt. Illyrii quoſ eẽ in ciuitate diximuſ cognita & diuiſiõe exercituſ: & negligẽtia hoſtiũ in tempeſta nocte urbẽ exeũt: ponti tabulaſ ſponũt: flumen tranſiciũt: & munitũ natura locũ nacti reliquũ noctiſ quieti pagũt. Vix dieſ aduenerat cũ inſtructiſ utriq; aciebuſ plũ collatiſ uiribuſ capeſſũt. Victoria penes illyrioſ fuit. Hoſtiũ paucoſ fuga ſeruauit: ceteri aut occiſi aut capti. Hiſ tot tãtiſq; obſeſſi calamitatibuſ Epirote diſperata prſus ſalute legatoſ ad Etoloſ atq; achaeoſ mittũt ab iſ opẽ precãẽ. Illi miſerati eoꝝ iacturã pſidiũq; afferre cupiẽtes helicranũ pficiſcunt. Illyrii quoq; quoſ pheniceẽ cepiſſe ſupra memorauimuſ cũ cerdilaido cõiucti ad eundẽ locũ uenere: nec lõge ab illiſ caſtrametati capeſſere plũ ſtudebãt: ſed & difficultaſ locoꝝ id phibebat: & allate iterim a regina littere: qbuſ amputari moraſ & reuerti ad ſe omẽſ iubebat: quod nõnulle illyrioꝝ ciuitateſ ad dardanoſ defeciſſẽt. Quãobrẽ depopulati omnẽ puintiã inducias Epirotiſ cõceſſere: in qbuſ libera quidẽ corpora & ciuitatẽ eiſ reliquerũt: multitudinẽ uero. ſeruoꝝ & reliquã omnẽ pdam adduxerunt ad naueſ. Ita parſ mari: alii tereſtri itinere per anguſtiaſ Antigõie domũ reuerſi ñ puũ terrorẽ maritimiſ grecie ciuitatibuſ reliquerũt. Nã cũ munitiſſimã potẽtiſſimãq; Epirotaꝝ urbẽ pter fidẽ atq; expectationẽ omniũ depdatã cernerẽt: nõ tam agriſ ut antea ſed ſibi ipiſ ſuiſq; ciuitatibuſ timebãt. Epirote rebuſ ſuiſ pter ſpem cõpoſitiſ tãtũ abfuit ut uel eoſ ulciſci conarẽt a qbuſ iniuriã acceperãt uel iſ referre gratiã qui ſibi opitulati fuerant: ut ſtatim miſſiſ ad Teucã legatiſ ſocietatẽ cũ Acarnibuſ atq; illyriiſ inierũt. Qua ppter illyrioſ deincepſ ſecuti achaeiſ atq; etoliſ hoſtes fuere nõ ſolũ ingrati erga beneficoſ uoꝝ etiã iprudẽtiſſimi reꝝ ſuoꝝ ab iitio cõſultoreſ. Nã quod pleriq; interdũ cũ homines ſint ex iſperato in grauiſſimaſ cladeſ icidũt nõ tam eoꝝ qui patiũt q̃ fortune & eorũ qui agũt culpa euenit. qd uero ſpõte ſeſe & p iprudentiã nõnulli calamitatibuſ obiiciũt: apertuſ eoꝝ qui patiunt error eſt. Ideo ſi quoſ igrauiorẽ aliquẽ caſũ fortune ſeuitia deductoſ intelligimuſ nõ ſolũ miſericordia pſequimur ſed quantũ in nobiſ eſt uentã opemq; preſtamuſ. Quoſ uero per iprudẽtiã aut puerſitatẽ ſuoꝝ ſibi malorum auctoreſ cognoſcimuſ extitiſſe reprehẽdimuſ culpamuſ atq; odio habemuſ: quod merito Epirotiſ ea tẽpeſtate a ceteriſ greciſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

accidere debuisset. Nā quis adeo rerꝫ expers q nō ueritus cōmunē apud om̄es de leuitate atq; ĩcōstātia gallorꝫ famā urbē nobilissimā & ĩ qua totius rei sūma cōstituta erat fidei eorꝫ credere ausus foret & preserti eorꝫ gallorꝫ: qui p̄mo ꝓp̄is laribus expulsi a suis fuerāt ꝙ infidi fuissēt e rga cognatos atq; affines: hinc a Cartaginēsibus recepti ꝙ bello a Romanis ĩfestarēt̄ primo audita dessēsione conductorꝫ militū qui sibi deberi stipēdia dicebāt depredari Agrigētū urbē fidei eorꝫ cōmissā ceperūt numero circiter mille hominū existētes. De hinc rursus in Erycinā urbē a Cartaginēsibus presidii gratia ĩducti obsidētibus eam Romaĩs de ꝓdenda hostibus ciuitate cōsiliū ceperūt. quod cū eis nō successet: ad Romanos trāsfugere. a quibus in fidē recepti rursus erycine ueneris templū depopulati sūt. Romani scelere ac perfidia barbarorꝫ cognita cū primū pacificati cū Cartaginēsibus fuere inermes nauibus impositos om̄i italia expulerūt. Hos epiroti legum & rei. p. sue custodes fecere: eorū fidei pulcherrimā ac felicissimā ciuitatē credidere. quis igit̄ eos ñ rep̄hēdat ac omniū suorꝫ malorꝫ causā ip̄os sibi ip̄is fuisse asseueret. Magna quippe stultitia est tale p̄sidiū p̄sertim barbarorꝫ hominū in urbē inducere quod aut uiribus aut multitudine magis q̄ ciues polleat. Sed hec de Epirotarꝫ ĩprudētia satis. Illyrii & anteactis tēporibus sepe ex italia nauigātes ĩfestarāt: & ex phenice cū eam nuper urbem colerēt pleriq; interdū a classe diuisi italici generis mercatores dep̄dati erant. Id ante eum diem Romani sepe ad eos relatū cōtēpserāt. Tunc uero cū plures simul de ĩiuria illyriorum questū ad Senatū uenissēt: legatos ĩ illyriū Caiū & Luciū Corūcanos misere. Tenta cum Lembi e phenice incolumes reuertissent spetiē ac magnitudinē prede admirata: siqdem ea urbs inter omnes Epiri ciuitates felicissima erat: auxit cōtra grecos animū ac longe magis belligerādi studio exarsit. Sed nequid tum noui tētaret: domestice seditiones ĩpediebāt. Ceterꝫ cōpositis in illyrio rebus cū Issā obsideret que sola ciuitas usq; in eū diē in ꝑtinatia durauerat: legati Romanorꝫ ad eam uenere: qbus dato dicēdi que uellent a regina tēpore: de iniuriis sibi illatis disserebāt. regina superbe nimiū atq; ĩsolēter eos audiebat. cum q; illi dicēdi finē fecissēt: effecturā ĩqt sese ne qua ab illyriis iniuria publice Romanis hominibus ĩferret̄: ꝓhibere uero illyriis ne priuatim e mari quā quisq; possit utilitatē capiat haud esse regibus cōsuetū. Ad ea regine uerba q inter duos legatos iunior erat intrepide quidā Magnanimū responsū. sed nō

Gallorū leuitate

causa belli inter Illyrios, et Romanos.

Issa op.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

satis ꝑ tpe respódit. At quoniá inquit Romanis o Teuca optimus mos est: priuatas iniurias publice ulciscēdi iuuādiq; iuria affectos dabimus operam dus uolentibus ut non longe post regias istas có/ suetudines cogaris emēdare. Ad hec regina temere sane ac muliebri ingenio eo iracúdie ꝓrupit ut neglecto iuregētiú cú legati reuer/ terētur miserit post eos qui iuniorē illú auctorē eiusmodi uerboꝝ obtruncarēt. Romāi fama tāti facinoris in urbē perlata ex tēplo ad belli apparatú intenti esse: milites scribere classē edificare nihil deniq; ptermittere quod ad ultionē tāti sceleris ptineret. At regia aduenīēte uere lōge plures q̄ antea lembos in greciam mittit: eoꝝ pars Corcyrā nauigant. alii dirachiēsiú portú petút: & dú se aque & cōmeatus gratia eo ꝓficisci simulant cōsiliú capiēde urbis ieút. Dyrachiēses securi & nihil prorsus suspicātes intrare urbē iermes ꝓmittunt: aque & commeatus gratia uenire eos rati. At illi ubi sese intra urbē admissos cernút nudatis quos in aq̄ius urceis absconsos gestauerāt gladius: custodes porte obtruncāt: porta potiunt. hinc ex cōposito irruentibus a littore reliquis magnā meniorú partem occupāt. Ciues & si tali ac tam repētino casu nōnihil pterriti fuere: acriter tamen ac forti animo ꝓpugnātes diu restiterút: tandemq; illyrii excedere menibus coacti. Itaq; ui per negligētiā in periculo fuerāt & urbē & patrios lares amittēdi: per fortitudinē nihil mali perpessi prudētius in posteꝝ rebus suis cōsuluere. Duces illyriorú solutis extēplo nauibus in altú ꝓfecti & cú iis quos nauigare cor/ cyrā diximus cōiuncti oēs simul maturato itinere obsidere urbē aggrediunt. Corcyrenses insperato malo circúuenti nec suis freti uiribus legatos ad acheos atq; etolos mittút. preterea ex apollonia & dyrachio petút subsidiú rogātq; ne expelli sese per scelus natali solo a barbaris patiant. ii casū corcyrensiú miserati decem acheoꝝ cataphractas naues munút: ac paucis interiectis diebus corcyram nauiāt sperātes sese primo aduētu obsidionē barbaroꝝ soluturos. At illyrii septē Cataphractis nauibus ab Acarnanēsibus cú quibus societatē inierāt acceptis acheis obuiam ꝓcedút: nec lōge ab īsulis quas paxos appellāt eos nacti ineút prelitú. Acarnanes & naues acheoꝝ que aduersus eos pugnabāt eq̄les erant in certamine: atq; integre in cōgressibus permanebāt: preterq̄m q̄ uiri ex ipsis pug/ nātes uulnerabāt. Illyrii uero q̄ternis simul lembis cōnexis naues hostiú ꝑplicabāt & undiq; circundatas impediebāt. Hinc in eas cú impetu ꝓsiliētes facile ob multitudinē superabāt. Per hūc modum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quatuor acheorum q̄driremes ab illyrijs capte: quinquaremis una submersa cū oīmibus qui intus erāt. Inter quos fuit Marcus Caryneus uir maxīe apud acheos auctoritatis & quādiu uixit oī officio erga patriā functus. Verū q cōtra Acarnanes pugnabāt simulac illyrioꝝ victoriā pspexere freti celeritate nauiū uerterūt terga: & ōmisso prelio domū incolumes remigrarūt. Illyrioꝝ multitudo hac victoria elata facilius atq; audatius solito urbem obsidebat. Corcyrēses iam oīm spe destitute tolerata aliquādiu obsidione ad extremū illyrijs sese dederūt psidiūq; eoꝝ & ducē psidii Demetriū pharium intra urbē accepere. His rebus gestis illyrioꝝ duces iterata dyrachiū reuersi urbē obsedere. Per idem tempus cōsules Romāi Caius fuluius cum classe ducētarū nauiū & paulus postumius cum terrestribus copijs Roma profecti. Fuluius Corcyrā uenit ratus adhuc durare eius loci obsidionē. Sed cum sero uenisse se itelligeret illyrijs iam urbē adeptis nihilominus nauigare in insulā statuit: tū intelligēdi gratia quid actū foret: tum ut ea que de Demetrio sēserat experiretur. Quippe Demetrius qm̄ exhibitū sibi ab emulis apud reginam negociū intellexerat mulieris iram ueritus miserat Romam qui & urbem & cetera quoꝝ dominus erat Romāis polliceret̄: Corcyrēses igit̄ aduētu Romanoꝝ hilares facti cōsētiente Demetrio: & psidiū illyrioꝝ quod intus erat tradidere Romanis & urbē ac postremo se ipsos fidei eorū cōmisere: ita demū se tutos fore contra scelera illyriorū rati. Romani Corcyrensibus in amicitiam receptis Demetrio duce itineris usi in Apolloniā nauigāt. Eodem tempore. L. quoq; postumius torestres copias brundusio trāsfretabat: erant circiter uiginti millia peditū: equitū duo millia. Hi simul oīes Appolloniā uenere: statimq; urbe in fidē recepta dyrachium nauigarūt: q̄ obsideri ab illyrijs urbem intellexerant. Illyrii aduentu Romanoꝝ cognito pre timore soluta obsidione passim fugiunt. Romani Dyrachio quoq; in amicitiam recepta ad loca magis intra illyriū nauigant multis in itinere receptis oppidis. Interea legati e parthenia obuiam Romanis ueniunt sese & ciuitatē suam dedēt̄es: quibus una cū his qui ab atintanis mittebātur in fidem receptis iter uersus Issum facit̄: quod eam quoq; urbem audiuerāt ab illyrijs obsideri. Qua simili modo dissoluta mox obsidione potiti pleraq; in illyrio oppida per uim expugnauere: in quibus non solū plerosq; milites uerū etiā tribunos militum aliquos & questorem amiserunt; uiginti quoq; illyriorum lembis potiti qui

Romani in'll

Corcyrēses ꝑ tradūt

Apollonia ꝑcta

Dyrachi

Parthi

Issum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

cómeatú uehebãt in caſtra. Ex uſ qui Iſſã obſidebant nónulli qui ex pharo erant Demetrii gratia ſalui permanſere. ceteri omneſ profligati Narbonem fugerút. Teuca perq̃ paucis comitantibuſ Rhizonẽ ſe recepit oppidú ſane munitiſſimú. & procul a mari in ipſa Rizonis fluminis ripa ſitú. Poſt hec conſuleſ pleriſq; illyriorũ ciuitatibuſ Demetrio traditis cum claſſe atq; oñi pedeſtri exercitu Dyrachiú reuerterút. Hinc Caiuſ fuluius cú magna naualiú ac pedeſtriú copiarum parte Romã nauigat: Poſtumiuſ uero dirachii cómoratuſ paratis q̃draginta nauibuſ & nouo delectu ex finitimis ciuitatibuſ habito ſtatiua faciebat: Ardienſeſ ceteroſq; qui ſe Fidei Romanorũ tradiderãt ſecú habẽſ. Aduenięte uere Teuca legatoſ ad populum Romanum miſit qui de federe agerent: tandemq; his conditionibuſ initú feduſ fuit. Vt Teuca quot annis tributú Romanis ſolueret: ut oñi illyrio excederet: paucis quibuſdã locis exceptis: & quod maxime ad grecoſ attinebat ut nauigare ei dei/cept ultra Lyſſú nó liceret niſi cú duobuſ lembis atq; hiis ſermibuſ. His peractis Poſtumiuſ ad achęoſ atq; Etoloſ legatoſ mittit: qui cauſã belli & tranſfretationis Romanorú edoceant: reſ geſtaſ referãt: conditióeſ legant initi inter eoſ federis. Hi peracto cõſulis imperio: ab utroq; populo humaniſſime recepti rurſuſ Corcyram redierunt: magno metu liberatis grecie ciuitatibuſ ob feduſ cum illyriis percuſſum: quippe ea tempeſtate illyrii non aliquorum ſed communeſ omnium hoſteſ erant: Prima igitur Romanorum cum exercitu tranſfretatio ſ illyrium atq; eaſ Europe parteſ hec & ob huiuſmodi cauſaſ fuit. Poſt id Romani legatoſ Corinthú quoq; atq; athenaſ miſere: quo tempore Corinthii eius belli: quod aduerſus iſthmioſ gerebant participẽ eſſe populum Romanum uoluerút. Aſdrubal ea tẽpeſtate: nam hic reſ hiſpanaſ ſupra dimiſimuſ: incredibili uirtute imperiú Cartaginenſiú in hiſpania adauxerat: urbem condiderat que a quibuſdam Cartago ab aliis noua ciuitaſ appellat ob Loci oportunitatẽ non ſolú ad reſ hiſpanie uerũ etiã africe cómodiſſimam de cuius ſitu & quam preſtare utriq; puncte poteſt utilitate aliaſ oportuniorem nacti locú diſſeremuſ. Romãi cum intelligerẽt uireſ Cartaginenſiú uſq; adeo in hiſpania creuiſſe nec eam quidem partem negligendam putauere ſed ignauiam ſuã accuſanteſ q̃ anteactis temporibuſ per ſocordiã quaſi dormitãteſ adoleri in hiſpania Cartaginenſiú nomen permiſerant recuperare quod ommiſſum fuerat decreuerunt. Verum mouere in preſentia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

aduersus Cartaginenses bellum non audebant: ueriti imminentem Romane urbi gallorum multitudinē: quorū impetū in dies magis formidabant. Quamobrem componere primum cum Asdrubale de rebus hispanie: deīde aggredi gallos & utrumq; cessura res esset: subire periculum statuerunt: haud dubii se non solū non dominari italia: sed nec tuto quidē patriā aut proprios penates tenere posse nisi domitis gallis. Missis igitur ad Asdrubalem in hispaniā legatis percussū cum Cartaginensibus fedus fuit: in quo inter cetera cautum ne liceret Cartaginensibus hiberū fluuiū cum armis traiicere per reliquam hispaniam impune progredi ualerent. His cōpositis extemplo bellū in italia contra gallos mouerunt: quod summatim exponere operepretium duximus: quo preparatio ad reliquam historiam quēadmodū ab initio proposuimus dilucidior fiat. Repetemus autem paulo altius ab eo tempore quo primū galli obtinuerunt italiam. quippe hanc historiam non solum iocundam ac scitu & memoria dignam: uerum etiam necessariam putauimus ad intelligendum quibus postea uiris aut quibus locis fretus Annibal imperium Romanorum ausus sit inuadere. Primū uero de ꝓuintia dicemus quis eius situs sit: & quomodo se ad reliquā italiā habeat. quippe hoc pacto que ad rerum gestarum cognitionem attinent facilius poterunt intelligi descriptis primo locorum ac regionis proprietatibus. Omnis igitur italia trianguli figurā habet: Latus quod orientem spectat Ionio mari & sinu adriatico terminatur. Quod uero ad meridianam regionem atq; occasum uergit siculo & tyreno clauditur pelago. Hec latera inuicem copulata apicem trianguli faciunt propositum italie promuntorium: quod Cocynthum incole uocant. & meridianam plagam spectans Ionium ac Siculum diuidit mare. Tertiū latus quod ad gelidissimum septentrionis axem & mediterranea loca ꝑtenditur termīat continuatio alpium: que a Massilia & locis supra Sardoū pelagus sitis īcipiētes usq; ad intimum adriatici marissinū continue extenduntur exiguo quodā spacio in medio relicto. Huic lateri quod termīari alphibus dicimus & quasi trianguli basem intelligimus a merediana regione uersus septentrionem subiacent campi extrema totius italie: om̄is Europe maximi atq; uberrimi. horum etiā forma triangularis est. Apicem trianguli facit Apennimi atq; alphiū copulatio non lōge a mari sardoo supra Massiliam. Latus quod septentrionē spectat quemadmodum supra diximus alpes faciunt: que ad duo millia &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ducenta ſtadia protẽduntur. Latuſ uero quod ad meridiem uergit perficit Apenninuſ hic ad tria millia & ſexcenta ſtadia protendit. Baſigi locum tenet littuſ ipſum maris adriatici. eiuſ magnitudo eſt a Sena urbe uſq; ad intimum eiuſdem maris ſinum. hec duorum millium & quingentorum ſtadiorum ſpatio continetur. Ita omniſ camporum circuitus decem millibuſ clauditur ſtadiis. De fertilitate huiuſ regioniſ haud facile dixerim. ita enim inomnia frugum genera fecúda eſt: ut ſepenumero noſtra etate modiuſ frumẽti ſiculuſ non ampliuſ quatuor oboliſ uenum gerit: ordei uero non ampliuſ duobuſ. Dolió uini tantundẽ. Milii preterea & Farriſ tanta copia eſt: ut opinionem hominum ſuperet. Quã uero glandibuſ abúdeque ex nemoribuſ eiuſ regioniſ diuerſis in locis producuntur uel id in primis teſtimonio eſt: quod cum infinitam pene porcorú multitudinem italici generis homines alant & ad ſacrificia facienda & ad priuatoſ uſuſ & ad neceſſarium exercitibuſ apparatum: iſ oĩbuſ abunde hec regio alimenta ſubminiſtrat. Iam uero quanta particularium etiam rerum que ad uictum hominum ſpectant in ea prouincia copia ſit ex hoc licet intelligere: quod uiatoreſ cum in hoſpitia diuertunt nunq̃ de rebuſ quaſ ſint accepturi particulatim paciſcuntur quod ceteriſ in locis fieri conſueuit: ſed quantú ſinguli quiq; homineſ ſoluere debeant cum hoſpitibuſ conueniunt. bi uiatoribuſ honorifice acceptiſ & omnibuſ ad uictum neceſſariuſ abúdeque ſubminiſtratiſ non ampliuſ q̃ ſiliquã capiunt. hec obuli tertia parſ eſt. id pretium raro excedunt. Hominum uero tanta copia: ea proceritaſ ac pulchritudo corporum: tantú in rebuſ bellicis robur ut facilius ſit id ex eoꝝ rebuſ geſtis q̃ ex cuiuſq̃ oratiõe ítelligere. In alpibuſ ab utroq; latere loca montuoſa habitant: ad eam partẽ que uerſus Rhodanum & ſeptentrionem ſpectat: galli qui tranſalpini appellantur: ad eam uero que campis imminet Tauriſci Agoneſ & alia pleraq; barbarorú genera: a quibuſ Tranſalpini nó genere ſed differentia loci differunt: ideo Tranſalpini dicti q tráſ montes colant. Súma uero alpium iugatum propter locorum aſpritatem: tum quia alcenibeſ premunt terram gelu & perpetuo pene rigore conſtricte: tantum abeſt ut ab hominibuſ colantur: ut nullú qdẽ ueſtigium exeat humanum. Apenninum uero a principio ſupra Maſſiliam ubi cum alpibuſ conjungitur: lygureſ colunt preterea oĩe id latuſ quod mare tyrrenum & campoſ ſpectat uerſuſ mare quidẽ uſq; ad piſanã urbẽ que prima tyrrenie ciuitaſ ad occidentẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uergit: uersus Meditarreniam uero regionem Arretium usq;
Post lygures tyrreni habitant: mox utrúq; apennini latus umbri.
Debinc Apenninus distans a mari adriatico circiter quingenta
stadia dimissis cãpis conuersus ad dexteram & per mediam italiam
transiens protendit in siculũ pelagus. Campi uero qui inter Apen/
ninum & adriaticũ sinũ medii sunt usq; ad urbem senã extendũt.
Padus fluuius quem poete Eridanum uocant ortum habens in
radicibus alpiũ ubi quasi apicem trianguli esse supra memorauimus
in planitiem uersus meridiem defluit: hinc sese ad orientem flectens
duobus hostiis prorũpit in adriaticum sinum: aquarũ multitudine
preter ceteros italie omnes abundat: quippe omnes aque que ab
apennino albibusq; descendunt in unum coeunt padi alueum. Ae/
stiuo q̃ hyemali tempore maior fluit obliquescentiũ riuiũ multi/
tudinem. Nauigatur a loco quẽ incole uolanam appellãt uersus
alpes circiter duo millia stadiorum. Vbi primum oritur simplex
est: mox in duos alueos diuisus binis in sinum adriaticum hostiis
erumpit. padoam Volanamq; incole uocant. Volana portũ efficit
inter omnes maris adriatici portus tutissimum. Padum eius loci
habitatores olim bodencũ uocauere. Multa p̃terea de hoc fluuio
greci scriptores referunt: utputa phetontem ex auriga patris p/
cipitem in eum decidisse: continuas helia dum Lacrimas quas deide
arbor reseruat: Incolas loci ex eo die pullatis uestibus quas in sig/
num mestitie gestare inceperant: assidue usus: atq; alia plurima:
que nos in presentia ómisimus superuacua fore rati ad nostri opis
preparationem. Posthac cum se locus offeret: quantum res postu/
lare uidebitur referemus: presertim cum timeum constet ea que ad
hanc regionem attinẽt ignorasse. Campos omnes quos Apennino
atq; adriatico mari terminari diximus olim habitauere tyrreni
quo tempore phlegiros etiam campos qui circa Capuam & Nolã
sunt tenebant. Cum ii ob uicinitatẽ loci frequenter galli conuer/
sabantur. hi spetie ac fecunditate regionis pellecti: exiguã q̃ndã
nacti occasionẽ exercitũ comparant: factoq; in tyrrenos impetu
finibus expellunt. campos deincepi ipsi tenent. Inter padum atq;
alpes habitant lai: mox lebitii: debinc ingens in subrũ natio: post
non longe a ripa fluminis cenomani. Loca uero mari adriatico
uicina antiquum ex paphlagonia genus colit. hi ueneti appellati:
neq; moribus neq; ornatu corporis sed tantũmodo lingua a gallis
deferunt: Inter Apenninum rursus & padum primo Ananes: post

Arretium.
Umbria.
Padus
Eridanus
Volana
Padoa
Bodinc
Phaeto
Phleg
Laij
Lebicij
Ingubi
Conom
Vene
Anan

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

bou: inde eganeſ. poſtremo Senoneſ qui iuxta adriaticam mare extremi omniú gallorú incoluerunt. Precipue igitur auctoritatiſ populi ex galliſ qui in italia morabantur hi ſunt: uillaſ habitabãt nulliſ ſeptaſ menibuſ: apparatuú oíum prſus expteſ erant. In terra ſuper ſtrato gramine dormiebant. ueſtebanẽ carne. bellicaſ ſolú/modo reſ atq; agriculturam exercebant: & ſimplicẽ uitam uiuẽteſ neq; ſtientiſ neq; aliſ artibuſ operam dabant. diuitiaſ ſuaſ in auro & pecudibuſ habebant: q̃ hec ſola cum ferret neceſſitaſ quocunq; liberet facile tranſferri poſſent. amicitiſ comparandiſ maximum quiſq; ſtudium adhibebat. quippe iſ maxime polleſ inter eoſ putabatur. qui factioſiſ abundaret. principio dúcaxat eam regionẽ tenebant. poſtea pleroſq; ex uicinſ audacia eorum deterritoſ ſibi aſciuere. Interiectiſ temporibuſ cum bellum aduerſuſ populum Romanú gererent ſuperatoſ prelio Romanoſ ac turpiter in fugã conuerſoſ perſecuti triduo poſt initam pugnã. Roma preter capitolium potiti ſunt. Sed uenetiſ per id tempuſ regionem eorum infeſtantibuſ retrocedere coacti fedre cum Romaniſ percuſſo ac reſtituta urbi libertate domum remigrarunt. hinc inteſtiniſ interſe belliſ uexari cepere. Nam qui alpeſ incolebant animaduertenteſ uireſ iſtorum in dieſ ſummopere augeri plerumq; aduerſuſ eoſmouebãt. Interea Romani inſtauratiſ uiribuſ reſ latino⁹ cõpoſuere. Annuſ erat poſt captã urbem trigeſimuſ cum galli ingenti exercitu comparato albam reuertuntur. Romani q̃ aduentuſ eorum repẽtinuſ fuit & neq; exercitum cogere neq; a ſociſ auxilia conuocare potuerunt haud quaquam aduerſati galliſ fuere. Ceterum poſt duodecimú annú cum iterum galli eodem reuerterẽtur: e ueſtigio Romani aduentu eorum cognito obuiam alacreſ cum exercitu proceſſere: nihil magiſ q̃ dari ſibi ab hoſtibuſ pugnandi copiam cupienteſ: qua de omni imperio uno tempore decerneretur. Galli audacia Romanorum perterriti ſimul orta inter ſe ſeditione per noctẽ terga uertenteſ turpi fuga redierunt in patriã: atq; annoſ treſdecim quieti permanſere. Poſtea cum uireſ populi Romani in dieſ q̃maxíe augeri cernerẽt de pace agere ceperũt: qua impetrata ad trigeſimum annum quieuere. Iam uero tranſalpini iterato eoſ infeſtare. bi ne utrinq; premerentur ueriti per generiſ affinitatem precari ne ſibi inimici eſſent: munera preterea optima offerre: ut bellum in populum Romanum cõuerterant hortari: ſe omnibuſ uiribuſ eiſ affuturoſ oſtendere. Id ubi perſuaſum illiſ intelligunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

omneſ unanimi cõſenſu aduerſuſ Romanoſ per tyreniam ꝓfecti: quippe magnuſ tyrrenorum numeruſ apud eoſ morebat: facta ingenti ꝑda domum incolumeſ reuertuntur. hic orta inter eoſ pro diuiſione prede ſeditio uſq; adeo proceſſit ut nõ ſolũ prede uerum etiam imperii magnã partẽ perdiderint. quod frequẽter accidere gallis conſueuit ob immoderataſ eorum crapulaſ atq; ebrietateſ. Quarto debinc anno cum Sannitibuſ coniuncti denuo Romanoſ inuadunt: plurimoſ eorum cedunt. Non multis interiectis diebuſ eoſ iterato aggreſſi iuxta Sentinatum regionem prelium ineunt plurimoſ obtruncant: reliquoſ ad ſuam quenq; domum fugere compellunt. Poſt decimum annum comparato ingenti exercitu in etruriam profecti aretium obſident. Romani aretinis auxiliũ ferenteſ non longe ab urbis menibuſ dimicarunt. In qua pugna ſuperati. Lucio conſule amiſſo Manuum Curium in eius locum ſufficere. hic ſtatim legatoſ in galliã ad redimẽdoſ captiuoſ mittit: qui cum eo peruenisſẽt uiolato iure gentium a gallis interficiunt. Quo ſcelere indignati acriter Romani nouo delectu habito penetrare in galliam aggrediuntur. Sed parum proceſſum erat: cũ eis Senoneſ occurrũt. hoſ collatis ſignis e ueſtigio aggreſſi ſupãt. magnam partem interficiunt: ſiqui ſuperfuerant ſedibuſ fugant. regione potiuntur. nouam ipſi in urbem coloniã inducunt. eãmq; ueteri nomine q̃ primo a gallis habitata fuerat: ſenam appellant. Eſt autem ea urbs quemadmodum ſupra memorauimus in littore adriatici maris ſita: ubi campi Italie terminantur. Boii cum Senoneſ propriis finibuſ fugatoſ a Romanis intelligerent: ueriti ne ipſi quoq; idem paterentur coacto exercitu: tyrreniſq; oĩbuſ in ſubſidium uocatis arma aduerſuſ Romanoſ mouent: nec multis interiectis diebuſ prelium ineunt: in quo tyrrenorum magna parſ ceſa boiorum ad extremũ q̃ pauciſſimi fugere. Nec tamẽ ob eam ſtragem cecidere animis: quin proximo anno iterum aduocatis uiribuſ: collectaq; omni iuuentute que ad uſũ armoꝝ apta uidebat in Romanoſ exeunt: ubi adeo fuſi profligatiq; fuere: ut pene ad internitionem delerentur. Quamobrem mitigatis parũper animis feduſ cũ Romanis per legatoſ percutiũt. Erat dum hec gerebant tertius annus poſt traiectionem pyrri in italiã: & quintus poſt eã cladem quam galli apud delphoſ paſſi fuere. Ita ea tempeſtate fortuna quaſi peſtis quedam hoſtilis in galloſ immiſſa paſſim oĩeſ perſequebat. Ver; eniuero ex iis preliis que ſupra memorauimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

duplicem utilitatē Romani cepere: nam & assuefacti dimicare cū gallis: quorum nomine nihil apud eos tetrius nihil horribilius esse cōsueuerat prestantissimi aduersus pyrrum certatores facti sunt: & ita gallorum audaciam paulatim contriuerunt: ut non longe post securi: primo cū Pyrro de italia: deinde cum Cartaginēsibus de īperio Sicilie dimicauerīt. Galli supioribus preliis uexati quīq; & quadraginta annos quieuere: non uiolata pace quam cum Romanis habebant. Postq̄ uero senes qui & cōspexerāt sepe pericula & uarias experti fuerāt iacturas nature cōcesserunt: insurrexere iuuenes ingenio prauo: rudes: & preteritarum rerum omnino inexperti. hi: ut fert natura hominū confestim nouis rebus studere ceperunt: & quocūq; res ferret infesti Romanis esse: a trāsalpinis etiam auxilium aduocare. Verum id principio duces tantum incōsulta plebe peragebant: quo factum est ut uenientibus Ariminum cum exercitu transalpinis: multitudo boiorum que cuiusmodi rerū ignara erant aduentum trāsalpinorum uerita: cum ducibus suis in dessensionem uenerit: etati atq; Gallo regibus interfectis prelium cum transalpinis cōmiserit. Romani quoq; ea tempestate aduentu trāsalpinorum deterriti copias eduxerant. Sed cum primū gallorū inter se conflictū audiuere: domū iter uerterunt. Quinto dehinc anno. M. Lepido consule. C. flamminius legem ad populum tulit: ut ea regio gallie quam picenum uocant unde Senones fuerant expulsi militibus romanis diuideretē que res causa extitit ut nouum bellum statim sustitatum fuerit. Nam pleriq; ex gallis ac p̄cipue Boii: qui proximi Romanis erant eam rem grauissime indignabantur: rati Romanos iam non amplius de principatu aut gloria sed de preda atq; interitu suo certaturos. Boios igitur atq; īsubres in sententiam trahunt: cōmuniq; cōsilio transalpes legatione missa Congolitanum atq; Anerestē gallorū reges: itēq; alios eius ꝓnintie circa rhodanum habitantes populos ac precipue gessatas: qui ex eo q̄ mercede militare soleant ita appellantur aggrediuntur. hortantur ut coacto exercitu in italiā transeant. in presentia utilitatē belli in posterum magnitudinem romane felicitatis illis ostendūt que sint parata commoda: si uicerint: ante oculos ponunt. Simul dant illis fidem se socios belli futuros. res gestas maiorum suorum in memoriam reuocant. eos non solū p̄lio fudisse olim Romanos iactant: uerū etiam post preliū incredibili celeritate urbē Romā cepisse. dehinc rebus omnibus quarum ea urbs refectissima erat

Ariminum · op.

Lepidus cos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

potitos cum in ea mensibus septem imperassent: sponte restituto Romanis imperio: integris omnibus fortunis suis feliciter in patriam reuersos. Hec tractando monendoq; ita reges ipsos populosq; gallie ad bellum incenderunt: ut neq; maior unq̃m exercitus: neq; ex ualidioribus pugnatoribusq; militibus: neq; omni apparatu insignior ex ius gallie partibus descenderit. Hec ubi Romam delata fuere: tantus in urbe terror coortus est: ut confestim nouos delectus facere ceperint: cõmeatum parare: interdum copias ad fines suos educere: ueluti iam presentibus gallis: qui tamen nó dũ p̃pius sedibus excesserant: que res non parum Cartaginẽsibus profuere ad imperium in hispania propagandum. Siquidem Romani hec quemadmodũ supra diximus magis necessaria putãtes: q̃ bi populi eorum ceruicibus imminerent negligere res hispanas coacti sunt: quoad res italiq̃ componerentur. Itaq; renouato cum Asdrubale duce Cartaginensium quemadmodum supra memorauimus fedęre totis iam animis in bellum gallicum uersi id unum per id tempus maxime cogitabant: quo pacto aduersus gallorũ impetũ resistere possent. Galli coacto circa Rodanum exercitu: & cum ingenti multitudine hominum superatis tandem alpibus in campos qui sũt circa padũ descenderunt: cum his cõfestim Insubres boiiq; magna multitudine coniũgunt̃. Venęti uero & Cenomani legationibus Romanorum deliniti amicitiam populi Romani societati gallorũ̃ pretulerunt. Quamobrem reges ob suspitionem eorum partem copiarũ̃ insobribus presidii gratia relinquere coacti: ipsi cũ reliquo exercitu castra uersus etruriam mouerũt: ducentes peditũ circiter quinquaginta millia: equitum uero ac bigarũ duo millia. Romani cum primum superatas a gallis alpes cognouere Lucium Emilium consulem cum exercitu Ariminum miserunt: ut illic oppositus hostibus transitum eorum prohiberet: Vnus uero pretorũ p̃ficisci in etruriam iussus: q̃ alter cõsulum. C. Atilius principio cõsulatus sui in Sardiniã cũ classe nauigarat. Ciuitas tota mesta atq; solicita erat: nec sine ingenti metu tanti gallorũ̃ conatus expectabãt̃. Veniebat in mentẽ uetuste cladis: & quasi fatalẽ Romane urbi gentẽ omnes formidabant. Itaq; maximus iampridem exercitus paratus erat. nouę insuper delectus quotidie habebantur. admonuerant socios ut instructi paratiq; forent. preterea ut descriptiones oĩum copiarũ totius italie ad Senatũ referrentur mandauerant: omnem simul multitudinem italici exercitus nosse cupiẽtes. frumenti insup

telorũq; ac ceterarum rerum bello neceſſariaq; tantum apparatũ fecerant: quantum nemo ante noſtram etatem meminit. Nec ſane ceteri italie populi ſegnioreſ. Adeo enim aduentu gallorum perterrefacti omneſ erant: ut non iam pro Romanis bella geri: neq; pro eorum imperio certari: ſed pro ſua ſinguli quiq; ſalute: pro ciuitate: pro patria exiſtimarent. propterea omneſ italie populi libenter Romanis in hoc bello paruerunt. Libet mihi hoc loco apparatum populi Romani: & magnitudinem cõpiarum quas ea tempeſtate habebat cõmemorare: quo manifeſte omneſ intelligãt qualeſ quantaſq; reſ quibuſ tunc uiribuſ aggredi Annibal fuerit auſus: & quibuſ copiis potentie Romanorũ oppoſitus urbẽ Romã in tantum diſcrimen adduxerit. Primum igitur cum conſulibuſ quatuor legioneſ urbane in expeditiõem exiuerant. haq; ſinguliſ quinq; millia & ducenti peditesſ: equiteſ uero tricenti inerant. habebant et iam iidem conſuleſ auxilia ſociorum. horum numeruſ erat triginta millia peditum: equitum uero duo millia. Erant preterea tumultuſ gallici cauſa he copie parate: a Tuſciſ atq; ſabiniſ peditũ circiter ſeptuaginta millia: equitũ uero ad quatuor millia. hi ſtatim ut galli tranſire apenninum nuntiati ſunt uerſuſ etruriã miſſi: atq; eis pretor urbanus prefectuſ eſt. Poſt hoſ umbri & Sarſenate apennini accole ad uiginti millia coacti. Veneti item atq; cenomani circiter uiginti millia. hi omneſ in appennino cõſiſtere iuſſi erant: ac in boiorum agroſ cum facultaſ daretur irrumpere. haſ aduerſuſ galloſ copiaſ principio oppoſuerant. Erant preterea in urbe Roma parate alie copie que preſidiorum gratia tenebant & ſi quid ſubitaneum accideret iuſſa Senatuſ expectabant. Romanorum uiginti millia peditum: equiteſ uero mille: & quingenti. Sociorum autem triginta millia peditum: equitum duo millia. In tabuliſ uero relate erant copie Latinoq; octuaginta millia peditũ equitum quinq; millia. Samnitum ſeptuaginta millia peditũ equitũ ſeptem millia. Iapigum ac Meſapiorum peditum quinquaginta: equitum uero ſexdecim millia. Lucanorũ peditum triginta equitum tria millia. Marſorum autem & Maurucinorum ac ferentanorũ & preterea ueſtinorum peditum uiginti equitum quatuor millia. Erant quoq; per id tempuſ in Sicilia & circa Tarentum legioneſ due preſidii gratia conſtitute. harum ſingule habebant peditum quatuor millia & ducentoſ: equiteſ uero ducẽtoſ. Inſuper Romanoq; ac Campanorũ multitudo erat circiter ducẽta & quinq̃ginta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

millia peditum: equitum uiginti tria millia. Ita omnium copiarum
que Senatui populoq; Romão subiecte erant numerus fuit peditú
supra centum & quinquaginta millia: equitum uero circiter sex
millia. omnium autem simul ex tota italia armatorum numerus
septies centena millia peditum: equitum ad septuaginta millia.
aduersus quos Annibal uix uiginti millia hominum habens in ita/
liam ausus est irrumpere. Sed de his aliàs latius. Galli tandem
superato Apennini iugo in etruriam descenderunt: omnia ferro
igniq; uastantes: Cumq; iam circa urbem esset quam Clusium ap/
pellant: distatq; ab urbe Roma non ampliùs trium dierum spatio:
nuntiatur eis Romanorum copias: quas presidii gratia in etruria
collocatas diximus simul cõuenisse ac se inseq. Quo nuntio accepto
galli e uestigio iter in Romanos tumultuosius conuerterunt: Cúq;
in conspectu essent iam occidente sole sua utriq; castra munituere.
Obortis deide tenebris Galli erectis de more ignibus eqtatú omnẽ
in castris relinquunt: iubentes ut cum prima luce postq̃ hostibus cõ/
spicui fuerint: iter post eos arripiant. ipsi occulta fuga cum omni
multitudine peditú fesulas uersus iter faciunt: eo consilio ut simul
equites suos reciperent: simul in sequentes hostes circumuenirent.
Romani sub prima luce gallorum equites tumultuosius abire
conspicati fugam & trepidationem existimantes rapto post eos
agmine incautius feruntur. Quos simulatque nacti fuere con/
cursantibus undiq; ex composito gallis atrox initum est certamen
Tandem gallis numero atq; ferocia animi longe prestantibus:
Romanorum circiter sex millia in ea pugna cecidere: reliqua ois
multitudo salutem pedibus quesiuit. eorum magna pars recepit sese
in tumulum situ atq; natura loci munitum. Hos principio Galli
obsidere aggressi: Sed quoniam & transacte noctis uigilius: & eius
diei labore confecti erant: ad curanda duntaxat corpora uertúe:
relicto ibidem presidio equoꝝ: qui diligẽter tumulum custodirẽt:
eo proposito ut nisi postridie se sponte dederent: totis uiribus eum
locum expugnarent. Per idem tempus. L. Aemylius consul quem
Arimini cum exercitu fuisse memorauimus cognito gallorum in e/
truriam transitu: & quod uersus urbem romam cum exercitu p/
perarent: presidium ferre socius maturat. Cumq; iam superatis
Apennini saltibus non longe ab hostibus castra posuisset qui ad
tumulum confugerant: cognito aduentu consulis id enim per noc/
turnos ignes intelligebatur auctis confestim animis quosdam e suis

Nũs milit

Nũs milia tot
Dccccc. cqhi

Clusium

fesulae

inermes per propinquam siluam ad eum mittunt: ac omnem rei
gestę seriem nuntiant. Consul in tanto sociorum periculo minime
cunctandum ratus: tribunis militum mandat: ut cum prima luce
pedestres copias educere maturent. ipse cum equitatu precedens
iter uersus tumulum facit: Gallorum quoq; duces ex nocturnis
ignibus aduentum consulis coniectari concionem aduocarunt: ut
quid agendum foret communi consilio decerneretur. Tum rex
Aneroestes: stultum esse inquid anteq̃ tantũ prede abigant incre/
dibilis enim multitudo hominum ingensq; omnium rerum copia in
gallorum potestatem deuenerat tempus cum hostibus terere: & res
iam a se acquisitas in ambiguo ponere. proinde primo in patriam
reuertendum: relictisq; ibi sarcinis atq; impedimentis etruriã denuo
si uidetur: repetendum: ut prelium aduersus hostes expediti cõ/
mittant. Id consilium Aneroestis cum omnibus placuisset: Galli
ante lucem signa mouentes: onusti omnis generis preda per lucus
inferi maris galliam repetebant. Lucius Aemylius cõsul susceptis
copiis que in tumulũ confugerant: Gallos cũ exercitu psequebat.
Non enim pugnare ex cõposito cum tanta multitudine cõducere
rebus suis existimabat. sed cõmoditatem aliquam loci: aut tẽporis
opportunitatem censebat expectandam: qua uel hostes terere uel
abactã recipere predã ualeret. Per idem tempus. C. Atilius alter
consul: qui nuper ex Sardinia cũ exercitu pisas uenerat expositis
interram copiis contracto q̃ galli itinere per lucus inferi maris
Romam uersus ductabat exercitum. Atqui iam galli non longe
aberant a Telamone tuscie ciuitate: cum quidam ex eis qui ex/
ercitum antecedebant in Romanos ex iprouiso incidentes captiq:
rem omnẽ consuli exposuerunt. non longe abesse gallos nuntiãtes:
Lucium uero Emylium consulẽ pone sequi. Quibus rebus auditis
C. Atilius partim nouitatem rei admiratus: partim adductus in spẽ
uictorie: q̃ obiecisse sibi medios interduos exercitus hostes for/
tuna uidebatur: legiones Tribunis Militum tradit: iubens ut
aduersus hostes procedant: quousq; locorum oportunitas sinat.
Ipse interea imminentem uie collem conspicatus ad rem gerendam
per oportunum: quo tendere iam galli uidebãtur: collectis equi/
tibus: locũ preoccupare constituit: & primũ sese periculo obicere:
sperans per eum modum: si uictoria penes Romanos foret: sũmam
totius rei sibi attributum iri. Galli principio aduentum consulis
ignorantes: coniectatiq; ex his que cernebant. L. Emylũ cõsulem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

per noctem cum equitibus preceſſiſſe quo loca bello oportuna preoccuparet: confeſtim equitatum omem ac partem expeditorū premittunt ad eum collem occupandum. Cum uero captum iam a C. Atilio collem ex captiuis intellexiſſent confeſtim peditef iubēt precedere: a fronte ſimul atq; a tergo aciem ſtruunt. quod hoſ quidem poſt tergum inſequi uiderent: illoſ uero a fronte cōſiſtere & ex captiuis: & ex iis que in preſēcia acciderant: ſcirent. Qui cū. L. Emilio erant: & ſi aduenīſſe piſaſ ex Sardinia copiaſ dicebaē: non dum tamen eam rem compertam habentef tunc e certamine quod in colle fiebat plane cognouerunt. Iam enim q̄ proxime hoſtef acceſſerant. Quamobrē ingenti letitia profuſi equitef Emilliani per proximum callem in ſubſidium eorum qui pro colle pugnabant: tranſiuere. Emiliuſ uero ipſe cum legionibus ſolito ordine poſt galloſ iter maturabat. Galli ubi ſe ab hoſtibus utrinq; circūuentoſ uidere: contra Emilium qui a tergo ſequebatur Geſſataſ atq; inſubref conſtituerunt: a fronte autem aduerſuſ. C. Atilium. Taurinoſ & qui circa padum habitant Boioſ. Carroſ ceteraq; impedimenta unum in locum extra utranq; aciem collocarūt. Predā uero omnem in proximum tumulum relictis qui eam cuſtodirent equitibus expoſuerunt. Ita cum bifrontem aciem conſtituiſſent: accidit eam nō modo terribilem aſpectu uerū etiam ad pugnandū efficaciſſimā eſſe. Boii quidā atq; inſubref auratis fulgebāt ſagulis: Geſate uero ob magnitudinem animi & incredibilem glorie cupiditatem huiuſmodi ornamentis abiectis nudi tantū cum armis ante oēf ſtabāt: rati per eū modū aptioref ſeſe & magis expeditoſ ad bellum fore: ſiquidem denſe in iis locis ſentef implicarent ueſtef: & armoꝝ uſum prepedirent. Principio certamē in colle erat oībus cōſpicuum: ſimul hinc atq; illinc concurſantibus equitibus & ſūma uirtute ab utroq; agmine pugnantibus. Hoc in loco. C. Atiliuſ conſul fortiſſime dimicans occiditur. Capud eiuſ ad gallorū regeſ delatum. Romanorum equitef haud ob eam rem cecidere animiſ ſed longe atrociuſ prelio incumbentef: tandem non ſolum collem tutati ſunt: uerum etiam gallorum equitatum omnem fuderunt. Interea cum peditum inter ſe acief apropinquaſſēt prelū cōmiſſū non modo preſentibus uiſu: uerum. etiam ceteris auditu horrendū mirabileq; futurum. Primo enim cū ex tribus exercitibus pugnā cōſtaret facile ſibi quiſq; perſuadere poteſt nō ſolū aſpectū uerū etiam uſum eiuſ prelii nouum atq; horribilem aſpicientibus fuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Deinde quis non ambigat uel impresentiarum uel eo tempore si interfuit utrū galli peiores partes in eo prelio habuerint quod nō solum a fronte: uerum etiam a tergo ab hostibus premebantur: an meliores: simul q̄ cum utroq; exercitu pugnabant: simul q̄ utraq; pars impetum hostium ab altera propulsabat: ut sese inuicem uno tempore utriq; protegerēt. & quod precipuum est a fronte quidē prerumpere: a tergo uero fugam sperare minime possent. habent enim hunc in primis bifrontes acies usum: q̄ nullā militibus uertēdi terga spem prebent. Atqui Romani simul in spem uictorie ducebantur: q̄ medios hostes quasi de industria sibi oblatos cernebāt: simul ordinem strepitūq; gallici exercitus formidabant. Terribilis erat classicorum sonitus: cum quibus omnis simul galloꝝ multitudo tantum clamorem ululatumq; attollebat: ut incredibilis uociferatio audiretur: nec tube solum militesq; uerū etiam circūstantia omnia loca uocem emittere uiderentur. Terribilis etiam precedentium nudorū hominū aspectus. magna enim ac nuda corpora & bellici quidam motus sub clipeis: miraculo simul & formidini erant. His accedebat splendor & pulchritudo ornamentorum: quippe tota acies torquibus aureis & uirgatis sagulis fulgebat. que aspicientes Romani partim obstupebant: partim spe prede uehementius incendebātur. Tandem uero sagittarius qui aciē Romanam ex more precedebant tela passim emittentibus: qui posteriores erant armis tecti facile se tutabantur: qui uero ante alios nudi pugnabant: re longe aliter q̄ sperarant procedente: maxime infestabantur. Pregrandia enim ac nuda corpa scuto gallico ptegere oīno neqbant. Itaq; spicula intro adacta facile coherebant. Deniq; cū infestius ferirentur: & sagittarios cum propter distātiam loci: tum propter multitudinem uolantium undiq; telorum ulcisci nequirent in desperationem adducti & quasi rabie furentes: alii in hostes temere ob dolorem ruentes opprimebantur: alii pedem ad suos referētes fedati sanguine terrebant ceterorum animos atq; ordinē pertur/babant. Per hunc modum tractantia Gesatarum qui antesignani in prelio erāt domita: Insubres & Boii & taurini preliū excipere. Neq; iā sagittis eminus ut añ: sed cominus pilis & gladiis certabat. Hic uero quantum nunq̄ aliās atrox prelium fiebat: nec quicq̄m erat in tantis exercitibus segne. Sed & scuta ad tutelam corporū: & enses ad usum bellorū longe impares erant: quippe Galloꝝ enses graues & obtusa cuspide: scuta uero debilia erant. Romani autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

& scutis ad protegenda corpora ualidioribus utebantur: & gladiis breuioribus sed tñ acutis. Itaq; sẽper & in uniuerso certamĩe & sĩ/gulorꝫ cõgressibus Galli superati passim cadebãt. Stetit tñ ĩmota eorũ acies donec eqtes Romãi e colle cũ ĩgenti ĩpetu descenderũt. Tũc deniq; ẽbati Galli passĩ ꝓsternunt̃. peditos qdẽ in iisdẽ locis ĩ qbus cõstituti fuerãt. cecidere. Eqtes uero ĩ fugã se uerterũt. Pe/rierũt in eo p̃lio q̃dragĩta millia gallorꝫ: decẽ millia dũtaxat (ĩter quos & Cõgolitanus rex fuit) uiui ĩ potestatẽ romanorꝫ ꝑuenere Alter uero gallorꝫ rex Anetoestes cũ ĩ ꝓpĩquũ locũ paucis qbusdã comitãtibus fugisset: ñ lõge post oẽs sibi mortẽ cõciuere. his rebus gestis. L. Emilius cõsul spolia hostiũ romã misit: p̃dã uero iis quorꝫ fuerat restituit. ip̃e cũ oĩbus copiis ꝑ lyguriã ĩ Boiorꝫ agrꝫ ꝓfectus om̃ia uastat populat̃q; & ĩtra paucorꝫ dierꝫ spatiũ om̃i genere p̃de ditato exercitu Romã cũ copiis reuertit̃. armis torqbusq; id genus ornamẽti est ex auro qđ galli circa collũ gestare solẽt Capitoliũ ornat: reliq̃ uero p̃dã & captiuos om̃es añ se ĩ triũphũ ducit. ꝑ hũc modũ tãti gallorꝫ conatus: quos ñ solũ populus Romãus uerꝫ etiã tota italia formidarat in irritũ deuenere. qbus rebus Romãi ĩ spẽ adducti expellendi oĩno ex italia gallos. Q. fuluiũ & T. Manliũ creatos nuper cõsules in galliã cũ ingẽti exercitu transmittũt. Hi simulac ꝓuintiã ingressi fuere Boios in ditionẽ populi Ro. uenire cõpulerũt. Deinde cũ in reliquos gallos grassari cepissẽt: multitu/dine. imbriũ ac subĩde pestilẽtia impediti desistere coacti sũt. post hos creati cõsules. P. furius: & C. Flaminius rursus in Galliam cũ exercitu ꝓfecti receptisq; ĩ amicitiã Ananibus: q nõ lõge a Mas/silia hĩtant: mox in ĩsubrꝫ agros legiões traduxere: nõ lõge ab eo loco quo adua Fluuius in padũ ĩfluit. Insubres magna multitudĩe ad ꝓhibendũ hostẽ cõuenerãt: a qbus nõ mõ ĩ trãsmittẽdo amne uerꝫ etiã ĩ muniẽdis castris cũ magna detrimẽta Romãi suscepissẽt statim ex eo loco discesserunt: ꝓfectiq; ĩ Cenomanorꝫ regionẽ & illorꝫ copiis erãt enĩ socii Romanorꝫ ad exercitũ adiũctis: rursus e suꝑiori loco q ad alpes spectat in ĩsubrꝫ agros descẽderũt totã re/gionẽ lõge lateq; uastãtes. Prĩcipes ĩsubrꝫ ĩmutabile hoc romanorꝫ cõsiliũ anĩaduertẽtes: tẽtare fortunã belli: & cũ romãis decernere statuerũt. Coacto itaq; exercitu: & signis aureis que ĩmobilia uo/citãt e templo Minerue sublatis: ceterisq; necessariis rebus paratis aduersus romanos ĩtrepide ꝓfecti ñ lõge ab illorꝫ copiis castrame/tati sũt: numero circiter quinq̃gĩta millia hoĩm existẽtes. Romãi

Congolitanus captus

Torquets

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

cũ se numero lõge ĩferiores eẽ ꝑspicerẽt: aduocare gallorꝫ: cũ qbus
societate iũcti erãt: auxilia cogitabãt. Ceterꝫ qm̃ cũ eiusdẽ gene/
tis hoĩbus dimicandũ illis eẽ ĩtelligebãt: ꝑiculosũ uidebat eiusmodi
hoĩbus in eo discrimĩe atq; iis ꝑsertĩ locis salutẽ suã cõmittere. Ita
ancipites cõsilii tandẽ ꝑiculosũ cõsilium capiunt. Castra erãt apud
Aduã amnẽ: ubi & pons erat ad ulteriorẽ fluminis ripã. Vocatos
igitẽ ad se Cenomanos trãsire amnẽ iubẽt. Cũ om̃is multitudo trã/
sisset pontẽ rescindũt: uno tẽpore & illis facultatẽ cõiungendi sese
cũ hostibus auferẽtes: & suis unã dũtaxat spem salutis in uictoria
relinquẽtes. que cũ fecissẽt copias in aciẽ educũt: potestatẽq; pug/
nãdi ĩsubribus faciũt. Vicerũt id ꝑliũ Romãi ꝓuidẽtia tribunorꝫ.
hi enĩ ꝙ ex superioribus pugnis anĩaduerterãt gallorꝫ gentẽ ꝑmo
ĩpetu acerrĩe dimicare: mox uero labascere animis atq; cõfringi:
enses ꝑterea illorꝫ quẽadmodũ supra memorauimus unã duntaxat
plagã uehementẽ habere: sed eẽ ad crebriores ictus prorsus ĩutiles:
cũ structe iam acies essẽt acceptas a triariis hastas añsignanis tra/
didere: admonẽtes ut gallorꝫ ĩpetũ tã diu distinerẽt: quoad ꝑmus
ille ardor animi eferuesceret: tũ dimissis hastis: ensibus uterentẽ. Illi
tribunorꝫ imperio parẽtes ex cõposito in gallos irruũt pectoraq;
eorꝫ hastis feriũt. Galli in ꝑcidẽdis hastis omnẽ ĩpetũ effudere. tũ
deniq; Romãi abiectis hastis pedẽ pedi cõferẽtes gallorꝫ conatum
omnino in utilem fecere: quippe auferentes iis spatiũ ex distantia
pugnãdi: qđ ꝓprium eius gẽtis est: propterea ꝙ obtusi sũt gladii
ipsorꝫ: nec nisi ad demittẽdos ex distãtia ictus ꝓpter longitudinẽ
utiles. Ipsi uero breuioribus ensibus freti: nec cesim ut illi sed pũctĩ
ora pectoraq; gallorꝫ crebris ictibus ferientes magnã partẽ hostiũ
interfecere. Tantũ in eo prelio ualuit ꝓuidentia tribunorꝫ. Nam
Cõsul haud sane prudẽter locũ ad pugnã eligerat: quippe structa
acie iuxta ripã flumĩs abstulerat Romanis qđ ꝓpriũ eẽ illorꝫ ui/
detur: nihil loci eis relinquens ad referendos ex acie pedes. Quod
si quid inter pugnandum tantillum retrocedere coegisset: incidere
omnes in profluentem oportebat ob inscitiam cõsulis. ꝑclarã tamẽ
ut diximus uictoriã ꝓpria uirtute adepti fuere. & ingẽti captiuorꝫ
multitudĩe: multisq; gallorꝫ spoliis onusti ĩcolumẽ Romã exercitũ
reduxerũt. ꝓximo de hinc anno Galli tãtis cladibus afflicti pacẽ
a Romanis per legatos petiere: om̃ia illis pollicentes. At Marcus
Claudius &. C. Cornelius consules creati ne id a Senatu impetra/
rent: educere omni celeritate in prouintiam exercitum maturant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Quamobrem galli desperata pace quasi extremũ periculũ subituri iterato exercitum comparare conductisq; triginta millibus Gesatarum quos cis rhenũ habitare supra memorauimus: omnes ĩstructos paratosq; in armis habere Romanorum aduentum p̃stolari. Consules igitur adueniente uere copiis in insubres ductis aceras urbem que est inter padum & alpes obsedere. Insubres & si ferre auxilium obsessis nequibant: propterea ꝙ media loca fuerant a Romanis preoccupata: ad dissoluendam tamen obsidionem toto animo intenti: partem copiarum trans padum mittunt: hos obsidere Clastidium oppidum sociorum populi Romani iubent: rati ea difficultate coactos Consules urbẽ obsidione soluturos. Id simul ac Consulibus nuntiatum fuit. M. Claudius cum equitatu & parte expeditorum ferre obsessis auxiliũ properat. Galli postq̃ aduẽtũ consulis cognouerunt: soluta mox obsidione: aduersus Romanos in trepidi fecerunt iter: structaq; acie in conspectu constitere. Sed principio quid Galli incidentibus ex improuiso in ipsorum equites Romanis meliores partes habuerunt. Postea uero undiq; circunuenti ab equitibus Romanis fusi passim profligatiq; fuere. multi in fluuium metu hostium precipitati: uorticibus absorpti: periere. Magna pars ab hostibus cesa. Reliqui uiui capti. At Galli qui apud Acerras obsidebantur: simul ac superatos apud Clastidium suos audiuere. fuga saluti sue consulentes Mediolanũ precipuam insubrum ciuitatem petierunt. Cornelius urbe que & frumento & omni genere commeatus referctissima erat potitus: Gallos persequitur nec longe a Mediolano exercitum duxit. Cũ uero obuiam Galli nõ prodiret̃ Mediolanensem agrũ populatus copias reducebat. Galli redeuntem insecuti extremum lacessere agmen cepere: plerisq; Romanorum obtruncatis non nullis & in fugam conuersis: Donec Cornelius cum legionibus conuersus oẽs ad prelium cum hostibus capessendũ cohortatus est: qui mandatũ Consulis alacri animo audientes in Gallos audacissime irruunt. Galli maximis nuper detrimentis affecti haud diu restitere. Sed reuocato ex templo gradu in proximas alpes aufugerunt. Hos persecutus Consul simul ꝓuintiã omnẽ populatus est: simul Mediolanum profectus urbem per uim in populi Romani ditionem redegit. Quibus rebus gestis duces Gallorum: nullã amplius salutis spem sibi relictam uidentes sese resq; suas omnis in populi Romani potestatẽ posuerunt. Hic tandẽ belli Gallici finis fuit: quo nullũ

Acerre urbs

Clastidiũ

Mediolanũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uſq; in hũc diem uel obſtinatione animorum: uel militum audacia
Vel atrocitate preliorum: Vel multitudine interfectorum: uel
numero copiarum maiuſ aut audiuimuſ aut legimuſ: quanq̃m &
conſiliiſ: & inceptiſ & quotidianiſ deliberationibuſ prorſuſ inutile
fuerit: propterea q; Galli ira potiuſ atq; impetu mouẽtur q̃ róne
De quibuſ cum conſideraremuſ quam breui tempore e natali ſolo
expulſi a Romanis fuerint: paucis quibuſdam locis ſibi intra alpeſ
relictis: conſentaneum exiſtimauimuſ cum primoſ eorum conatuſ
cum omnem rerum ſucceſſum ac poſtremo ultimum interitũ ip̃oq;
breuiter commemorare: id maxime proprium hiſtorie exiſtimãteſ
huiuſmodi reſ caſuſq; fortuitoſ poſteris tradere: ne forte noſtri
hominеſ eiuſcemodi rerum ignari uanaſ ac frequenter barbaroq;
infeſtationeſ facile pertimeſcant: ſed certi q̃ leuiter quanq; nullo
negocio ea genſ poſt primoſ ſtatim impetuſ: ſi quiſ eiſ obſtiterit:
infringatur & corruat: omnem potiuſ fortune euentum experiri
malint: q̃ aliquid neceſſarium ut Barbariſ cedant pretermittere.
Equidem qui perſarum aduerſuſ grecoſ Gallorũq; contra delphoſ
reſ geſtaſ ſcripſerunt: plurimum profuiſſe arbitror ad certamina
grecorum pro cõmuni patrie libertate. Et certe nemo uel diuitiſ
alicuiuſ uel armiſ: uel multitudine hominum deterritus a patrie &
communiſ ſoli defenſione deſiſtet: ſi ſibi ante oculoſ ponet reſ ea
tempeſtate geſtaſ conſiderabitq; quot millia hominum: quaſ uireſ
quantoſ: apparatuſ uirtuſ Romanorum cum ingenio & ratione:
pugnantium ſuperarit: fregerit: profligauerit. Sed enim Galloq;
terror non ſolum priſciſ temporibuſ uerum & noſtra etate ſepe/
numero grecorum animoſ inuaſit. Que reſ me uel in primiſ aſauit
ut eorum reſ geſtaſ ſummatim quidẽ: ſed tamen ab origine refer/
rem. Verũ ut aliquando eo reuertamur unde diſceſſimuſ. Aſdru/
bal dux Cartaginenſium annoſ octo in Hiſpania commoratuſ:
tãdem per inſidiaſ noctu a Gallo quodam priuatarum ĩmicitiaq;
cauſa domi occiditur: uir non modo belliciſ artibuſ uerum & elo/
quentia ad mouendoſ hominum animoſ adeo pollenſ potenſq; ut
magnam imperio Cartaginenſium acceſſionem fecerit. Copie que
in Hiſpania erant: Hannibali filio eiuſ adhuc ſatiſ adoleſcenti ob
egregiam iuuenis indolem & incredibilem in ea etate magnitudinẽ
animi: traduntur. Hic in ipſis ſtatim principiiſ hoſtem ſe populi
Romani futurum declarauit. quod non lõge poſt accidit. Ex eo
tpe uarie ĩter Ro. Cartaginenſeſq; ſuſpitiõeſ oriri cepte. Quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Cartaginēses qđ expulsi e Sicilia fuerāt secreto Romanis īsidias machinabantur. Romani uero e cōtrario cōsilia eoꝝ intelligētes non satis Cartaginēsibus fidebant. quibus rebus facile inteligebat̄ non post longū tempus bellum inter eos futurum. per idem tēpus Achei & philippus Macedonie rex ceteriq; eoꝝ socii bellū aduersus Etolos gerebāt: quod sotiale appellatur. Nos igitur cū bellū a Romanis contra Cartaginenses in Sicilia atq; Africa gestum: ceteraq; que id bellum secuta sunt: commemorauerimus: ac deinde secundum ordinem nostre preparationis uentum sit ad principium socialis belli: & Secundi belli Cartaginensis: qđ Hannibalis bellū appellāt: Atq; ex his tēporibus nobis institutū sit nostre narratiōis initium facere: consentaneum est ut iam ad res in grecia gestas ueniamus: quo per hunc modū simili undecūq; preparatiōe facta cum ad eundem rerum omnium exitum uentū fueritis institutam a nobis historiam incoemus. Cum enim non unius duntaxat aut alterius gētis quēadmodū ceteri scriptores fecere: ut puta grecoꝝ siue persarum: sed omniū simul totius orbis partium que in nostrā notitiam uenerunt res gestas scribere preposuerimus: nō absurdū erit notissimaꝝ gētum locorumq; totius orbis breuiter ante initiū nostri operis meminisse. De his igitur que in Asia atq; Egypto gesta sunt satis erit a nostris inde temporibus referre: quod multi ante nostram etatem res gestas eorum scripsere: suntq; fere oībus in promptu: nec quicq̄ ex eo tempore immutatum est: quod sit a scriptorum commentariis alienū. Que uero Achei Macedonesq; gessere: breuiter nobis ab initio repetenda sunt: ꝙ earum rerum quēadmodū supra memorauimus īcredibilis mutatio fuerit nostris tp̄ibus. Nā cum multi ante hec tempora laborassēt: ut pelopēnēses in unam uoluntatem redigerent nemoq; id perficere potuisset: ꝙ omnes suo potius commodo q̄ libertati patrie studerent: tāta hac nostra tempestate immutatio facta est ut non solum amicitiam societatemq; interse inierint: sed etiam isdem legibus usi sint: isdē ponderibus isdem mensuris isdem nummis: preterea isdē p̄ncipibus isdem consultoribus: isdem iudicibus: ut nulla alia res peloponneso deesset: quin omnis una ciuitas foret: nisi ꝙ nō erant una menia habitantiū. Cetera omnia uel eadem uel q̄simillima erant. Primū autem quomodo regnare inter pelopōnēses ceperit acheoꝝ nomē haud absurdā erit ostendere. Nam hāc qui appellationē ab initio sortiti fuere neq; regione ceteris prestant neq; urbium multitudīe

Philippus macedoniæ

neq; diuitiſ neq; uirtute. Si qdē arcadeſ atq; lacedemonii multitu/
dine uirorum urbiumq; non paꝛ ceteroſ antecellunt : uirtute ac
rebuſ geſtiſ nemini grecorum ſecundi . Quomō igitur aut q̄obrē
uel hi quoſ modo memorauimur uel ceteri peloponēſeſ pati equo
animo poſſunt ſe non ſolū in rē.p. Verū etiam ī nomen acheoꝝ
tranſmutatoſ. Ac fortuna quidem hoc factum eſſe ſtultiſſimū eēt
aſſerē. Cauſa potiuſ huiuſ rei perquirenda eſt: ſine qua nihil nec
eorum que ratione fiunt nec eorum que preter rationē agi uidēt
perfici poteſt. Eſt autem hec ut mea quidē fert opinio: equalitaſ
& communiſ licentia que inter omneſ ſeruabatur: & quoddam q̄ſi
exemplar uere rei.p. quippe ſinceriora inſtituta in aliqua grecie
ciuitate reperta nunq̄ fuere. Hec cauſa pleroſq; peloponnenſeſ
ſpōte ſua emuloſ atq; imitatoreſ eiuſ rei.p.fecit: alioſ ad id rōibuſ
perſuaſionibuſq; adduxit nonnulloſ cum tempore paulatim coegit
ita tamen ut ſtatim poſtea animoſ eorum ſedaret. Nā cū nemini
quicq̄ ſupereſſe ab initio permiſiſſet : ſed omnia omnibuſ uoluiſſet
equalia fore ſtatim ad eam amplitudinē acheoſ perduxit: duabuſ
rebuſ ad id efficaciſſimiſ uſa equalitate atq; clementia. Hec igitur
primaria cauſa fuiſſe dicenda ē: que peloponneſeſ unanimeſ īterſe
atq; concordeſ ad eā felicitatē in qua modo ſunt perduxit. Veꝝ
hic moſ uiuendi atq; hec ratio adminiſtrande rei. pu. longe ante
hec tēpora apud Acheoſ fuit: quod infinitiſ pene teſtimoniiſ licet
oſtendere: Sed in preſentia unū dūtaxat ad ſūmū duo pferamuſ.
Nam quo tēmpore in ea regione Italie que tunc magna Grecia
appellabatur cetuſ pythagoreorum ob clādeſtinam coniurationē
concrematuſ fuit: magna reꝝ publicaꝝ mutatione facta: utpote
principibuſ unuſcuiuſq; ciuitatiſ temere īterfectiſ: accidit ea loca
eaſq; urbeſ maxīſ cedibuſ ſeditionibuſq; uexari. Quocirca uarie
ad eoſ undecūq; legationeſ cōponēdarū rerum gratia cōfluxere.
At illi ceteriſ poſthabitiſ acheoꝝ dūtaxat fidei reſ ſuaſ cōmiſerūt
quī etiā nonnulto interiecto tempore: oīo inſtituta illoꝝ imitari
atq; eā rē.p. effingere decreuerūt. Siqdē Crodemate. Sybarite.
Caulonite. cōpoſitiſ interſe unanimiter rebuſ p̄mo Omarii iouiſ
templum publice inſtituerunt: ubi & contioneſ fieri & cū populo
agi poſſet. Preterea acceptiſ ab acheiſ inſtitutiſ & legibuſ iſ dū/
taxat uti ſuamq; rem.p. componere uolebant : Sed a Dyoniſio
Syracuſarum tyranno & uagātibuſ per id tempuſ circum ea loca
galliſ: deſiſtere ab inceptō coacti . Preter hec Lacedemoniiſ ex

dionisius syracusarum tyrannus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

in sperato apud leuctras profligatis: Thebanis uero iam imperiū grecorum affectātibus ingens per omnem greciam tumultus atq; incredibilis perturbatio orta presertī apud hosipsos lacedemonios atq; Thebanos: cum & illi superatos se arbitrarentur: & hi nō dū se uictoriam insecutos existimarent: Verūtamen uterq; populus cōmuni consilio solos ex omni grecia acheos delegere: quibus rex omnium que in ambiguo erant iudicium permitteret: nō tā uires aut potentiam eorum animaduertente: erant quippe tūc ea regio ceteris omnibus grecie prouinciis minor: q̄ fidem atq; integritatem populorum que ea tempestate apud omnes habebatur in signis Tūc igitē nuda apud eos uirtus erat: sed res geste nulle que gloria digne forent. Itaq; res. p. eorum parum augebatur: q̄ hominem uirtutibus suis dignum principem haberent: Semper autem uel lacedemoniorum uel Macedonū imperio obscurarentur. Atpostq̄ interiectis temporibus dignos eorū principatu prefectos inuēire: clari euestigio atq; illustres facti sunt: pfecerūt. H. quod optimū omnium erat: pelopōnensium interse concordiam. Cuius auctorē ac ducem fuisse nemo ambigit Aratum Sicyonium: qui uero rem ceptam cōfirmauit atq; perfecit Philopomenē Megalopolitanū Tertium autem qui eam auxit amplificauitq; Lycertā & ceteros eius sequaces. Que ueroa singulis gesta fuerint & quemadmodū quo ue tempore hinc ostendere conabimur quantum pro materia licebit. Sed Arati qdē res gestas & nūc & rursus posthac sūmatim referemus: q̄ ipse in commentarius suis omnia fuerit nō minus uere q̄ aperte copioseq; complexus. De ceteris uero paulo diligentior atq; prolixtior sermo erit. Atqui & facliorem nobis narrationem & discentibus apertiorem historiam futuram arbitramur: Si ab his temporibus repetemus in quibus acheoꝝ populi qui a principibus Macedonie per ciuitates diuisi fuerant rursus in unū quasi corpus celauerūt: & ita aucta confesti ea gens fuit: ut ad hāc āplitudinē peruenerit de qua hactenus particulati diximus & que duratusq; in presentem diē. Olympias igitur erat centesima uigesimaquarta cum patrenses & dymensorina aīs cōuenere: tempore quo Ptolomeus Lagi filius & Lysimachus & Seleucus & ptolomeus Cerau/nus uitam obiere: omnes enim sub hac Olympiade diem functi sunt. Superioribus itaq; temporibus hic erat acheorum status. Regnari apud eos ceptum tempore quo Tisamenes horestis filius post descensum Heraclidarum Lacedemonie expulsus loca que

sunt circa achiam occupauit. Ab hoc continue per successionem usq; ad Sygi tempora reges habuere. Postea uero moleste ferre regnum ceperunt: q̄ filii Sygi tam non legitime sed per tyrānidē prouinciam gubernarent: Igitur rem.pu.a regibus ad populum transtulerunt. & reliquū qdē tempus usq; ad Alexādri philippiq; etatem uarie uarijs temporibus se gessere: conati tamen quantum in se fuit rem.pu. publice administrare. Hec autem ex duodecim ciuitatibus constabat que nostra quoq; etate extant preter olenū & Elicem quas solidas ante certamen Leuctricum terremotus absorbuit. he sunt. Patre. Dyme. Phare. Tritea. leontia. egira. pellene. Bura. Ceraunia. Carynia. Post Alexandri uero etatem: & ante eam olympiadem de qua modo locuti sumus cāta intereos maxime ꝓpter reges Macedonie dissēsio orta est: ut diuise iterse ciuitates id demum ꝯducere sibi arbitrarentur: si arma aduersus se inuicem hostiliter ferrent. Quibus ex rebus accidit: alias achaie ciuitates ꝑsidiū Demetrii: Cassandriq; & non longe post Antigōi intra urbē recipere: pleraſq; a tyrannis qui tūc in grecia cōpluresq; erāt occupari. Cēteſima uero & uigesimaquarta olympiade quē/ admodum supra memorauimus rursus conuenire interse ii populi ceperunt tēpore quo pyrrus Epiroteq; rex in italiā trāsfretauit Principio conuenere Dymēses & patrenses & tritenses & pharēses Postmodū uix elapso quinquennio Egirenses electo extra urbē presidio illis adheserunt: quos Burii interfecto tyranno ac ñ lōge post Ceraunii secuti: quippe iseas Ceranniorum ea tempestate ty/ rannus cū electū Egira presidiū interfectumq; a buriis tyrannū se uere bello undiq; circumuentū intelligeret: depositio principatu & pacta ab Acheis salute urbem administrationi eorum reliquit. Sed quamobrem hec tam alte a nobis repetita sūt? primo ut palā omnibus fiat quo pacto quibus ne temporibus qui primi achęorum rursus hanc rem publicam quam florere hac tempestate cernimus instituerit: deinde ut non solum historie nostre uerum etiam req; ab illis gestarum cognitis ipsorum institutis facilior apud omnes fides sit. Siquidem unus semper apud eos gubernande rei publice mos: una rō fuit: ꝑ quā seruata continue erga suos oēs eq̄bilitate & si qui uel per se: uel per reges occupare eorum patriā conabāt frequēter bello profligatis tandē opus hoc pulcherrimū pfecerūt partim suis uiribus freti: partim auxilio sociorum. Nam que sunt ab his sequutis postea temporibus in ea prouintia gesta ad achęos

sui & Elyx urbes
inundo absorte
ra Dyme
ra Tritea
ria Egira
lla Burii
unia Carynia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

referẽda sunt: qui cum multis maximisq; in rebus socii Romanorũ fuissẽt nũq̃ sibi quicq̃ ex rebus gestis ascripsere: ad nullam prinus rem: nisi ad peloponnesi libertatem atq; cõcordiam intenti. Verũ hoc ex ipsis rebus gestis manifestius apparebit. Quinq; igitur & uiginti annos cum his pariter rem publicam administrarunt a principio he quas modo memorauimus ciuitates questorem unum & duos duces uicissim creantes: postea rursus unũ duntaxat ducẽ: decernere statuerunt: cui summa rerum omnium committeretur. Primus omnium eum honorem adeptus fuit Marcus Geryneus: post quẽ pfectis quatuor ãnis dux creatus fuit Aratus Sycyõius cũ esset annorũ uiginti hic statĩ singulari uirtute ac magnitudine animi patriam tyrannide liberauit & rei publice acheorum cui tã inde ab initio affectissimus fuerat: adiunxit. Nec longe post cum octo annis ipetrasset: dux denuo electus si qua uia arcẽ Corinthi quam tunc Antigonus tenebat capere posset animum intendere cepit qua mox potius: perritis omnibus qui pelopõnensũ colebãt Corinthus uero tyrannide liberatis: eã quoq; urbẽ acheis addidit idem etiã de ciuitate Megarensiũ paucis interiectis diebus effecit. Hec gesta sunt anno ante eum Cartaginensium conflictum quo Cartaginẽses omni Sicilia excedere ac tributũ populo Romano pendere sunt coacti. Aratus huiuscemodi rebus intra breue tẽpus strenue peractis reliquum etatis in administratione rei. p. cõsũpsit: omnes conatus ac cogitationes suas ad unũ finẽ dirigẽs ut Macedones peloponneso euerteret tyrannides infringeret: communemq; ac patriam libertatem unicuiq; conseruaret. Itaq; quandiu Antigonus uixit facile & conatui ac oĩfariã machinis ipsius: & cupiditati Etolorũ restitit: utriusq; alioquin eo temeritatis atq; audacie prolapsis ut fedus interse inuicem de diuisione ciuitatum Achaie facere ñ erubuerint. Mortuo uero Antigono initaq; iter acheos atq; etolos societate cum bello a Demetrio infestarent dissẽsiones atq; discordie paulisp sedate communisq; & mutua quedã amicitia iter eos orta est: Postq̃ uero demetrius qui decem tantũ regnauit annos: diem functus fuit: tempore quo primum Romani illyrium transfretarunt incredibile rebus acheorũ additamentum accessit. Quippe omnes tyranni qui in Peloponneso regnabant in desperationem adducti sunt: tum propter Demetrii mortem quo duce atq; imperatore uti consueuerant: tum ꝙ Aratum cernebãt totis uiribus adniti ut Tyrannides deponerentur: & si quidem qui sese

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ſpóte ſpō abdicarēt ſūmoſ honoreſ ꝑmiaq; ꝓponere ſi uero q ſ
ptinacia pmanerēt metú terrorēq; iucere deniq; uniuerſoſ hortari
ut tyrannideſ dimitterēt patriaſ ſ libertatē uendicarēt: et in rē. p.
acheorum cóuenirent. Lyſidaſ igitur Megalopolitanuſ: q adhuc
uuio Demetrio ſingulari prudentia futura preuiderat confeſtim
depoſita tyrannide rei. p. acheorum aſcribi uoluit. Ariſtomachuſ
quoq; argiuorú tyrānuſ & Xenon hermioniorum: & Cleonimuſ
phliaſiorum depoſitiſ tyrannibuſ in eandem rem. p. confluxere.
Quibuſ ex rebuſ cum ea genſ mirum in modum adoleuiſſet Etoli
ob innatam eiſ cupiditatem acheiſ inuidētes ſperanteſq; ſe ciuitateſ
que una celauerant diſſoluere poſſe quemadmú ab initio fecerāt
Acarnanum ciuitateſ cū Alexandro acheorū uero cū Antigono
ſe diuiſuroſ pollicentur. Ita ſimili ſpe in ſententiam trahunt Anti/
gonū qui per ea tēpora Macedonibuſ preerat relictuſ a Philippo
filii tutor: & Cleomenem Regem Lacedemoniorum. Nam cum
Antigonum ea tempeſtate Macedonibuſ imperantem cernerent
uirum bellicoſum: & ob ammiſſam Corinthi arcem acheiſ maxime
infeſtum: facile ſibi perſuadebant: ſi lacedemonioſ quoq; eo bello
adiutoreſ haberent ſe haud dubie eā gentē armiſ undiq; circūuētā
oppreſſuroſ. Quod procul dubio eueniſſet: niſi quod illi minime
conſideraſſent: Aratum ſingulari uirtute ac magnitudine animi
uirum propugnatorem habuiſſent. Totiſ itaq; uiribuſ iniqſſimum
bellum agreſſi: non ſolum q̄ ſperabant perficere nequiuerunt ſed
e contrario. Aratum qui ea tempeſtate acheiſ preerat & omnem
illorum gētem robuſtiorem audaciorēmq; fecere: duce callide oīa
ac diligenter prouidente: quemadmodum ex ſequentibuſ liquebit.
Nam qum uir prouidus aſaduerteret pudere Etoloſ palam acheiſ
bellum indicere ob recepta nup ab illiſ ſ bello demetriaco bñficia
propterea q; lacedemonioſ ut id ipſi facticarent hortari cāca deide
inuidia ob reſ acheorum ſecundaſ premi ut Clement qui Tegeam
Mantiniam Orchomenumq; ampliſſimaſ Etolie ciuitateſ ſibi per
fraudem ſuſtulerat non ſolū irati nó fuiſſent ſed eaſ regi letiſſime
confirmaſſent preterea nulla ab acheiſ iniuria laceſſitoſ duntaxat
immani cupiditate regnandi omnem bello occaſionēq; queritare
patiq; in preſentia haud inuitoſ ut feduſ ſibi a Rege uiolaretur:
auferrenturq; per fraudem ampliſſime ciuitateſ ea tantum fini ut
aucte per eum modum Cleomeniſ uireſ faciliuſ acheorum rem
publicam labefactare poſſent: Cum inquā hec oīa Aratuſ ceteriq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

acheorum ducef animaduerterent ſtatuerunt inter ſe bellum qdē
nemini indicendum : ſed conatui Lacedemoniorum totiſ uiribuſ
reſiſtendum eſſe. Principio igitur hec inter ſe ducef decreuere. In/
terlectiſ uero tēporibuſ cū animaduerterent Cleomenē oppidum
quoddam quod poſtea achenienſe appellatum in regione Me/
galopolitaq; intrepide edificātē & iam ſeſe apertum atq; acerrimū
acheorum hoſtē indicantē congregato conſilio decernunt bellum
aduerſuſ lacedemonioſ non iam ex addito ſed palam eē ſuſcipiēdū
Bellum igitur quod Cleomeni tum appellatur per ea tempora
huiuſmodi initiū habuit. Achei primum p ſe ipſoſ ſine cuiuſquam
ſubſidio reſiſtere lacedemoniſ ceperūt ſimul q̄ glorioſiuſ nomini
eorum futurum arbitrabantur per ſeipſoſ q̄m per alioſ ciuitateſ
patriamq; tutari : ſimul q̄ ſeruare cum Ptolmeo amicitiam totiſ
uiribuſ admitebanē uerit ne forte iſ egreferret ſi ab aliſ potiuſq̄
a ſe preſidia quereretur. Iā uero procedente bello Cū Cleomeneſ
peſſundata re publica legitimum imperium in tyrannidē uertiſſet
& bello alioquin fortiter prudenterq; uteretur : Aratuſ q̄ futurū
erat longe proſpicienſ: quippe quē minime latebat conſilium atq;
audacia etolorum: ſedulo irritandoſ eſſe illorum conatuſ iudicauit
Cum itaq; animaduerteret Antigonum induſtria atq; experientia
rerum : preterea etiam fide preter ceteroſ preſtantem: & Regeſ
conſideraret natura quidem neminem uel hoſtem uelim amicum
habere: ſed ex eorum commodo amicitiaſ inimicitiaſq; metiri: cō/
uertere ſe ad eum regem decreuit: omnemq; belli euētum illi ante
oculoſ ponere poſtremo una belli ſocietatem inire Verum id palā
facere compluref cauſe prohibebant quippe ea re intellecta Cle/
omeneſ atq; Etoli diligentiuſ ſe paraturi ad bellum uidebantur: &
achiui nouitate rei perterriti q̄ ducem ueluti i ſumma deſperatiōe
rerum ad hoſtem confugere exiſtimaret magna ex parte bellum
deſerturi . Quamobrem nequid huiuſmodi accideret : non modo
nemini conſilium aperiebat : ſed multa preter ſententiam faciebat
loquebaturq; quiſ contrarium eiuſ rei quam moliebatur : oſtēdēt.
Cum itaq; Megapolitanoſ cerneret ob uicinitatem quam cum la/
cedemonie habebant bello preter ceteroſ q̄mmaxime affligi: neq;
ullum ab Acheiſ qui eodem bello premebatur expectare p̄ſidium
federe preterea atq; amicitia cum Macedonibuſ coniunctoſ eſſe:
quorum ſingularia fuerant erga Philippum Amynte filiū bñficia
non dubitabat eoſ quamprimum infeſtari a Cleomene cepiſſent:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Antigoni atq; Macedonum presidium imploraturos. Itaq; secrete consilium suum Nicofani & Cercide Megalopolitanis aperit: hi ei paterni hospites erant ac preter ceteros ad componendam rem aptissimi uidebantur. Per eos itaq; Macedonas hortatur legatos ad Achaeos mittant rogentq; ut secum una presidium ab Antigo postulent. Megalopolitani Nicofanem atq; Cercidam legatos ad achaeos mittunt: & ut inde consentientibus Achais ad antigonum proficiscantur iubent. Achaei id Megalopolitanis facile pmiserũt Profecti igit̃ ad regem legati que in mandatis habebant referũt & ex is quidem que ad patriam eorum spectabant duntaxat ne/cessaria breuiter sũmatimq; exponũt: De uniuersa uero re plura ut ab Arato edocti fuerant uerba faciunt. etolorum Cleomenisq; conatus quid possint: quo ue tendant ante oculos ponunt: esse id bellum in presentia quidem Achaeis periculosum: sed posthec si illi uoti compotes fuerint ipsi Antigono longe pernitiosius futurum Neminem quippe dubitare Achaeos uno tempore amboꝝ uiribus oppressos: facile pessundatum iri: At Cleomenem Etolosq; si ea uictoria potiti fuerint haud quaquam in is finibus permansuros longe minus dubiũ esse. Quippe Etulorum cupiditatem credẽdũ non solum non Peloponensium sed ne totius quidẽ grecie finibus contentam fore: Cleomenis uero ambitionem tametsi in presentia Peloponnesi tantummõ principatum appetere uideatur: tamen si uoti compos fuerit nonprius ab incepto destituram: q̃m omnem Macedoniam subiugauerit. His atq; aliis huiuscemodi rationibus regem admonent ut futura diligenter prospiciat: consideretq; qd rebus suis magis conducere uideat̃: uel una cũ Achaeis atq; Boetis bellum in Peloponneso pro Imperio Grecie contra Cleomenem gerere uel derelicta maxima gente nõ longe post aduersus etolos Boetios Achaeos atq; Lacedemonios in Thessalia pro principatu Macedonie certare. Quod si Etoli pudore ducti ne concordiam tempore Demetriaci belli cum achaeis initam uiolare uideretur: in amicitia quemadmodum in presentia faciebant pristere simularẽt. Achaeos per seipsos satis superq; eẽ ad Cleomenis iurias ꝓpulsãdas Itaq; si fortuna secundis rebus secum ageret nihil opus esse aliox subsidio: Sin uero rebus suis iniqua Etolos potius respiceret: regẽ ut sibi adesset obtestabant̃: neq; oportunum tempus p̃termitteret Peloponnenses anteq̃ ad internitionem delerentur conseruaret. De fide ac premiis nullam inpresentia curam habendam dicebant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Inuenturum esse Aratum in summa rerum necessitate modum: quo utriq; rei satisfaceret: hunc ipsum tempus quo opus presidio foret regi indicaturum. Antigonus auditis que relata per legatos fuere: Arati prudentiam summopere commendauit: seq; ad omnē rei euentum paratum respondit. Dedit preterea ad Megalopolitanos litteras: quibus significauit presto fore a se subsidium dūmō id uolentibus Acheis fieret. His peractis Nicophanes & Cercidas domum reuertuntur redditisq; Antigoni litteris benuolentiam ac promptitudinem regis ostendunt. Megalopolitani his rebus letitia affecti: mittunt denuo ad Acheos legatos: rogantes ut fedus cum Antigono ineant: ac totius rei sūmam fidei illius credant. Aratus intellectis particulatim a Nicophane rebus: & studio regis erga Acheos seq; ipsum cognito incredibilem cepit animo uoluptatem simul q; haud frustratum se spe sua esse intelligebat: simul quod Antigonus preter spem Etolorum haud aspernari amicitiam suam uidebatur. Stabat tamē in sentia a nomine petendi subsidium nisi summa rerum necessitudine cogeretur. Quod si accideret neq̄quā id per se solum: sed per omnes simul Acheos fieri cupiebat. Verebatur enī ne si forte rex uictoria potius Cleomene ac lecedemōius superatis ad extremum aliquid noui contra rem publicam acheoq; tentaret: causam cuius rei sibi ascriberent q; regem sibi ob captam Corinthi arcem infensum admittendum intra patrie limites per imprudentiam consuisset. Cum igitur legati Megalopolitanorum ad consilium uenissent: & recitatis primo litteris regis benignitatē atq; amicitiam ostendissent: ac postremo Acheos hortati forent: ad res cum Antigono componendas: atq; ad id prompta esse ois multitudo uideretur: procedens i mediū Aratus regis benignitatē facile amplexus est. De hinc multitudinis studium summis laudibus extulit. Verum pluribus eos hortatus est ut per seipsos seruare: ciuitates & patriam conarentur. Si id fieret: nihil neq; preclarius neq; utilius fore. Quod si rebus suis omnino fortuna aduersaretur omnia prius experienda: & postq̄ nullam ampliꝰ itelligerēt spem sibi relictam esse: tunc demum ad amicorum presidia cōfugiendū Id cōsilium facile multitudo omnis probauit: decretumq; a cōsilio fuit nequid in presentia noui tentaretur: sed per se ipsos Acheī presens bellum administrarent. Cum uero interea Ptolemeus Cleomeni auxilio esse: & necessaria ad bellum suppeditare cepisset: cupiens eum per hunc modum Antigono infestum facere: q;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Lacedemoniorū potiuſ q̄ Acheorū uiribuſ Macedonie regnum conſequi poſſe ſperabat: Achei autem primo iuxta Lyceum ex improuiſo Cleomeni obuiam facti ceſi ac profligati fuiſſēt debīc rurſuſ in Ladicea ñ longe ab urbe Megalopoli cum ex cōpoſito ad manuſ ueniſſent ingentem iacturam paſſi: Tertio prope dy/
meam in loco quod hecatombeum appellatur adeo fuſi diſſipatiq; ut pene in extremum periculum incidiſſent: tunc demum tot maliſ circunuentuſ Aratuſ moram omnem amputandam cenſuit: ſub/
ſidiumq; ab Antigono uti a principio ſtatuerat petendū. Filium itaq; legatum ad regem mittit: ea confirmatum que de ſubſidio inter ſe conuenerant. Verū anceps conſilii ac non parum ſolicituſ erat: q̄ neq; Antigonum cū preſidio uenturum ſperabat niſi arcē Corinthi quam Acrorinthum uocant: & ipſam Corinthiorum urbem fidei gratia accepiſſet. Neq; intelligebat Acheoſ poſſe iuuari Corinthuſ eam urbem Macedonibuſ tradere. Quamobrem dilatū conſilium fuit: ut de modo dande fidei conſideraretur. Inter haec Cleomeneſ rebuſ feliciter a ſe geſtiſ elatuſ in trepide per omnem prouinciā diſcurrere: ciuitateſ partim perſuaſione partim terrore ſibi aſciſcere. Cum uero per hunc modum Caphyaſ: Pellenem: Pheneum: argoſ: phliontem. Cleonaſ: Epidaurum: Hermionē: Tryzenem: & ad extremum Corinthum cepiſſet: caſtra ñ longe ab urbe Syconiorum poſuit: pariterq; Acheoſ ab ea quam ſupra diximuſ ſolicitudine animi liberauit. Quippe Aratuſ ſimulatq; nunciatum eſt erectum a Corinthiſ ex urbe preſidium Acheoq; miſſoſq; ad Cleomenem legatoſ qui urbem ei traderent: optimam ad eam rem occaſionem nactuſ: arcem que ab Acheiſ tenebatur Antigono reſtituit: que reſ & offenſam quam apud regē cōtraxerat purgauit: & fidem ac munimētum quoddam & ueluti recep/
taculum futuri belli regi breuiter. Cleomeneſ poſtq̄ conueniſſe cum Antigono Acheoſ intellexit: arcemq; illi ſponte tradidiſſe: confeſtim ſoluta obſidione caſtra non longe ab Iſthmo traduxit. atq; eū locū q mediuſ ē iter arcem & eoſ mōteſ quoſ incole onioſ uocant: Vallo ac foſſa diligentiſſime muniuit: ut qui iam animo ſpem conceperat totiuſ ſe Peloponneſi imperio petiturū. Antigo/
nuſ iam pridem ad bellum paratuſ oportunitatem temporiſ pre/
ſtolabatur. Cum uero ex hiſ que acciderant: appropinquare profectionem Cleomeniſ i Theſſaliam ſicuti Ab Arato didicerat comectareť: miſſiſ ad Acheoſ de omni re nuntiiſ: ipſe cū exercitu

catombeū locuſ

rocorinthus

nij montes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uersus Isthmum per Euboeam iter facit. Nam Etoli aduentum ipsius egreferentes: et nuntiarent: ne intra Thermopylarum angustias exercitum duceret. Quod si faceret: amotos iter se eius impeditoros. Igitur Antigonus atq; Cleomenes aduersus se inuicē castra posuere. Ille animo ingrediendi Peloponnesum: hic studio arcendi eum a finibus suis. Achei & si maximā in uniuersū iacturā passi erant: Haud tamen prorsus cecidere animis: Sed q̄nprimum rebellasse contra Cleomenem Aristotelem: argiuum senserunt in eius auxilium profecti Timoxeno duce: argos cepere. Que res non mediocre momentum attulit utribus Acheorum. Siquidem & Cleomenis impetus ob eam rem non parum repressus: & animi militum prostrati fuere ut res ipse facile ostenderunt. Nam cum & loco q̄ opportunitate & copia cōmeatus & utribus atq; audacia militum lōge prestaret: Cleomenis exercitus tanta repente facta est immutatio rerum capta argiuorum ciuitate: ut Cleomenes dimissis ut omnibus fuge similem profectionem fecerit ueritus ne ab hostibus undiq; circumueniretur. Profectus autem est argos: ubi facto in urbem impetu expugnare eam totis utribus nititur. Sed hinc Acheis fortissime resistentibus: illinc argiuis ob pēcētiā cōmissi erroris acerrime pro pugnantibus: ea quoq; spe frustratus facto per Mantiniā itinere: copias spartā traduxit. Antigonus Peloponnesū ingressus Acrocorinthum capit. Hinc citato gradu Argos. contendit: Argiuos pluribus uerbis laudat: res ciuitatis componit. Debinc rursus uersus Arcadiam ducto exercitu ex munimentis a Cleomene extructis extrahit p̄sidia: eaq; p egypta/ nam regionem profectus Megalopolitanis tradit. Ipse Egium ubi Acheorum consilium consilium erat se transtulit. Hic multa de rebus presentibus loquitur futurorum etiam aut paucis admonet: Postremo omnium sociorum dux creatus: exercitum p hyemem in agro Corinthiorum detinet. Ineunte autem uere copias educit coniungunt̄ una Achei. Itaq; triduo Tegeā profectus obsidere urbem aggredit̄. Tegetam conspicati Macedones fossis cuniculis atq; omnifariā machinis ad expugnationē urbis intentos despata prorsus salute sese hostibus dedunt. Antigonus compositis in urbe rebus confestim Laconicen traducit exercitum. Ita Cleomeni qui se intra fines suos continebat appropinquans exiguis interdum certaminibus manus cum hoste conserit. Interea per exploratores nuntiatur milites ab Orchomeno in subsidium Cleomenis uenisse

Egium

Tegea ep.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Quamobrem conuerso itinere Orchomenum contendit. urbemq; nullo negocio capit. Post hec Mantiniam ciuitatem obsidet: Qua mox potitus uersus Hercam: & Thelphusam legiones ducit: & eas quoq; urbes per deditionem sine interuallo accipit. Post hec huiusmodi sunt tempestates insecute uti opus necessario intermitteretur. Itaq; Macedones domi in hibernis relinquit. Ip̄e cum Mercenariis proficiscitur Egium: ut interea cum consilio de rebus necessariis disputet. Per id tēpus Cleomenes cū aīaduerteret Antigonum relictis domi copiis Egii moram trahere: distantem Megalopoli amplius trium dierum spatio: eā uero urbem ut situ uastam ita hominibus uacuam esse: multis presertim pauloante in iis preliis que iuxta Lyceum & Laodiciam facta memorauimus: ītercertandum interfectis: preterea eo tempore propter p̄setiam Antigoni negligentius obseruari: facile est adductus in spē urbis capiunde. Eo itaq; repente profectus comitantibus quibusdam Messenus qui patria exules extortesq; Megalopoli uitam trahebant: ab iis noctu intra menia admittitur. Facta uero luce parū abfuit quin cum omni exercitu periclitaretur Megalopolitanis fortissime resistētibus. Verum tamen ad extremū & multitudine militum: & quia oportunissima queq; loca preoccupauerat: uoti compos fuit. Vrbem captā spoliatamq; funditus euertit ut nulla in posterum spes ipsius denuo edificande relinqueretur. Id mihi quidem eo cōsilio uidetur fecisse ut Lionensibus Megalopolitanis Stimphalus ceterisq; propinquis populis ostenderet. nihil proditoribus aut iis qui res nouas molirentur tutum esse. Nā Clitoriorꝫ uirtutem ac gloriam unius hominis peruersitas fedauerat. Is fuit Thearces: quem merito ob eam rem Clitorii genitum apud se esse negauerunt: dicentes eū aduene cuiusdā militis filiū ex Orchomeno aduenisse. Ceterum cum non desint qui inter huius Historie scriptores Philarchum ceteris omnibus preponant cū tamē plerꝫq; contraria Arato & dicat & sentiat: utile imo potius necessarium iudicauimus: nobis presertim qui sumus Aratum sequuti: hāc ptē nequaquā preterire silentio ut facilius discerni a mendacio ueritas possit. Hic igitur multa passim per uniuersam historiam prout libido animi tulit: locutus est que refutare in presentia supuacuum duximus. rati ea duntaxat penes hunc auctorē discutienda nobis esse que iis tēporibus quopios meminimus: id est in bello Cleomenico: gesta fuerunt hec sane satis superq; erunt ad reliquos eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

auctoris erroresq; intelligendos. Principio cum niteretur ostendere Antigoni & Macedonum: preterea etiam Aratiq; Achaeorum crudelitatem Mantinienses inquit cū primum in eorū potestatem uenere omnia seua crudeliaq; ab hostibus passos. Antiquissimam nobilissimamq; Arcadie ciuitatem in tot erumnas tot calamitates incidisse ut uniuersam Greciam ad lacrimas mouerit. Post hec cū augere crudelitatem & legentiū animos mouere ad cōmiserationē studeat: refert mulierum mutuos amplexus crines passos: nudatas papillas uiroū & feminarum gemitus atq; ululatos: paruos liberos & confectos etate parentes circum se trahentium. Hoc uero hō in malis ambitiosus passim per uniuersam historiam facit. Vbiq; uulnera gemitus cruorem ante oculos ponens ut nihil in operibus eius legi contingat non muliebre atq; effeminatū. Atqui scriptorē rerum gestarum decet: non mouere hominū affectus: neq; orōnē ad id aptam perquirere: neq; calamitates mortalium insectari: quod Tragediarum scriptores faciunt: sed dicta factaq; hominū uere referetur: etiam si mediocria fuerint. Neq; enim est idem historie atq; Tragedie finis: sed plane contrarius. Quippe in hac elaborandum: ut uerisimili oratione audientium animos in spem metum: solicitudinem uoluptatem aut aliud huiuscemodi affectū trahamus illic autem totis uiribus admitēdum: ut studiosis nostroq; operum dicta factaq; hominū uere referamus. Quamobrem illic uerisimilibus rebus opus est: ut spectatores facilius decipiantur: hic ueris quia in utilitatem legentiū scribunt. Adde q; idē auctor plerunq; interscribendum nullam neq; causam neq; rationem earū rerū adducit: sine quibus neq; ad misericordiā neq; ad indignatiōnem mouere quempiam iuste possumus in rebus mortalibus. Nam quis est qui nō indignum putet hominem liberum loro cedi? tamē si quis ob patratum a se delictum ut passus fuerit: iure eum id passum fatemur. Porro si castigandi emendandiq; gratia quispiam hominem liberum uerberarit nonne honore ac gracia dignus ab omnibus iudicabitur. Eodē modo ciuem interficere nefas est: idq; punitur acerrime. Ac si quis furem aut adulterum interfecerit: non ne insons est? Quod si proditorem patrie aut tyrannum q̄spiā obtruncarit nō ab omnibus laudabitur: cōmendabitur: extollet? Ita in omni re finis & intencio hominis spectari debet. Mantinienses igitur primo relicta re publica Achaeorum Etolis se patriāq; sponte tradiderunt: nec longe post Cleomeni. Inter hec dum sub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

re publica Lacedemoniorum uiuerent anno Antigoni ad eas ꝓtes aduentum quarto iterum ab Acheis duce Arato capti fuere. Quo tempore tantum abfuit ut ob contractam offensam malꝝ quidpiã paterent ut incredibile omnibus apparuerit q̃ facile q̃nq; celeriter uterq; populus in unam denuo rem publicam coaluerit. Quippe Aratus simulatq; potitus est urbe mandauit suis ne quid alienum tangerent: postea uocatos ad se ciues hortatus est ut bono animo essent suisq; rebus fruerentur: futuros enim saluos quandiu sub re publica Acheorum manerent. Mantinienses qui omni prorsus spe destituti uidebantur: Arati urbis summopere recreati e uestigio sententiam mutant. & quorum modo perniciosissimi hostes erant: in proprias domos admittunt: cum iis res fortunasq; suas cõicant. nihil deniq; pretermittunt quod ad ineundam firmissimã amicitiã pertinere uideatur. Neq; id iniuria. Nescio enim an aliqui unq̃m uel in manus mitiorum hostium uenerint: uel in maiores fortune casus lapsi cum mitiori detrimento surrexerint: quod Arati atq; Acheorum humanitas fecit. Post hec cum & futuras inter se seditiones & Etolorum ac Lacedemoniorꝝ machinas longe ꝓspicerẽt mittũt ad Acheos legatos qui urbem fidei eorum tradãt ac subsidiũ postulent. Achei sine mora trecentos uiros ex suis sorte deligunt: hos proficisci Mantineam iubent. Igitur trecenti uiri de gente Acheorum relicta patria fortunisq; suis omnibus Mantinie morã trahebant: & libertatem ac salutem urbis tutabantur. Mercenarios preterea circiter ducẽtos secũ habebãt. Non multo iteriecto tempore seditio inter Mantinienses oritur. Quãobrem aduocatis confestim Lacedemoniis urbem eis tradunt: & nequid sceleri desit Acheos ois obtruncant. Quo nescio an pernicioſius aliqd̃ facinus memorari possit. Nam si recedere omnino a fedre atq; amicitia Acheorum statuerant: fuerat saltem presidium tcolume in patriã remittendum. Quippe hec cõsuetudo etiã cũ hostibus iure gentiũ seruari solet. Sed hi ut faciliꝰ facerent fidem sui erga Cleomenẽ & Lacedemonios animi: eo immanitatis ac uecordie processere: ut uiolato iure gentium ne amicis quidem parcerent. Quod igitur tantopere in eos seuierint qui etiam pauloante urbe eorum ꝓ uim potiti omnes ueluti insontes dimiserant: & in presentia patriam ac libertatem eorũ tutabantur: qua pena: quo cruciatu putabimus dignos? Quod iudicium par tanto sceleri excogitari poterit. an ut una cum liberis atq; uxoribus uenum eant? At hoc iure belli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

etiam de his qui nihil seuum nihil crudele commiserunt fieri licet. Non igitur maiori pena & grauiori exemplo digni putabantur? Quo circa si ea tantum passi fuere que scribit Philarchus: non solum non credendū Grecos ob eam rem miseratione affectos esse: sed potius laudasse iudicium Acheorum q̄ tantum tamq; lauditam crudelitatem censuissent acerrime puniendam. Quāobrē cū nihil aliud fuerint ea tempestate Mantinienses passi q̄m quod spoliati fortunis suis & uenūdati ab hostibus fuere quis non uideat hunc historiaq; scriptorem: non modo fuisse mendacem: uerum etiam incredibilia dictu scripsisse. & ut ignorantie cumulus accederet ne id quidem animaduertisse: q̄ Achei in Tegeatas eodem tempore a se prelio captos: nihil tale moliti sunt. Atqui si eius rei causa crudelitas Acheorum fuisset profecto Tegeate quoq; eandem crudelitatem forent experti. Sed cum hec diuersitas duntaxat aduersus Mantinienses fuerit: manifestum ipsam quoq; causam iracundie diuersam: apud eos extitisse. Rursus hic ipse auctor Aristomachum argiuum refert clarissima familia ortum Argiuorū Tyrannum fuisse antiquam a tyrannis originē ducentem. Hunc ab Antigono atq; Acheis captum: ac Cenchraeam adductum iniustissimam atq; iniquissimam omnium mortalium necem tulisse: facie preterea eum: ubiq; fuit similis: per noctem uoces quasdam in uinculis emittentem: quibus uicinos partim crudelitate rei perterritos: partem ut rem certius intelligererent: nonnullos etiam grauiter indignatos ad eum locum cursitasse: & alia quedam muliebria atq; effeminata que in presentiarum omittimus: cōtenti ijs que hactenus commemorata a nobis fuere. Ego uero Aristomachum arbitror: etiam si nihil aliud aduersus Acheos deliquisset preterq̄m q̄ pessundata re publica libertatem patrie in tyrannidē conuerterat: quamlibet magno cruciatu dignum extitisse. Quāq̄ preclarus auctor cupiens illius gloriā extollere & cōmemoratiōe malorum que pertulerat mendicare ab audientibus misericordiam non solum tyrannum fuisse scribit: uerum etiam e tyrannis genitū quo quid grauius aut perniciosius dici potest? Hoc.n. nomen q̄si seminarium in se continet crudelitatis: & omnes hominum iniurias sceleraq; complectitur. Atqui Aristomachus etiam si grauissimos cruciatus passus fuisset: ut Philarcus tradit: non tamen dignas uel unius diei: penas luisset. In quo cum Aratus argos cum Acheorum manu p̄ insidias ingressus uendicare in libertatē argiuos niteret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

tandem nemine ob metū tyranni se mouente exire urbē coactus est. Quamobrem Aristomachus occasióe sumpta q̄ cōscii aduēctus Achęorum fuissent octuaginta ciues trucidari in conspectu ne/cessariorum iussit fedum prorsus miserandumq; spectaculum. Sed longum esset ipsius per omnē uitam crudelitatem referre: quippe hanc a maioribus suis quasi hereditario iure habuit. Igitur si hui/usmodi exemplis ac cruciatibus affectus fuit: haud est indignum censendum. Siquidem longe indignius fuisset sceleratissimum ho/minem post tot urorum cedes tot rapinas ueluti insōtem ipunitū mori. Neq; Antigōi atq; Arati seruitute ascribendū est q̄ tyrānū quo bello potiti legitime fuerant: interfici in uinculis iusserunt: quem etiam tempore pacis capere & summis afficere cruciatibus optimum simul atq; honorificum fuisset. Quod uero preter hec Achęos & prodiderit: quibus supplicijs dignus iudicabitur. Depo/suerat nonnullis ante temporibus tyrannidem ob Demetrii mortē omni spe subsidii destitutus. Quo tempore Achęi eum non modo saluum fecere: uerum etiam ita humaniter ac benigne susceperūt. ut & iniurias omnis quibus usus in tyrannide fuerat ei dimiserint: & in suam rem publicam acceptum maximis honoribus affecerint ac demum ducem Achęorum creauerint. At homo omnium cele/ratissimus oblitus tante humanitatis atq; clementie statim cogitare cepit quo pacto inire Cleomenis amicitiā posset nec multis inter/iectis diebus non sine ingenti periculo Achęorum tempore maxīe necessario ad hostes defecit. Quem post paucos dies in bello captū non Cenchreis per noctem in uinculis interfici dignum erat quē/admodum Philarchus scribit: sed per omnem Peloponnesum cir/cunductum post multa maximaq; supplicia: tandem crudelissime trucidari. Verum tamen homo omni genere sceleris preditus nihil grauius pertulit quam q̄ in uinculis strangulatus est. Adde q̄ idem auctor Mantinienśium calamitates pluribus uerbis prosequitur: quasi decere scriptorem historie putet duntaxat res crudeles atq; iniustas legentibus exponere. De Megalopolitanoꝝ uero uirtute ac magnitudine animi qua per id tempus usi fuere nullam prorsus mentionem facit: perinde ac si magis proprium historie foret sce/lera atq; flagitia hominum q̄m que iuste honesteq; facta sunt: commemorare: preclari uiri minus laudis ex rebus egregie gestis assequi: q̄m ex seuitia ac crudelitate uiderentur. Preterea quo pacto Cleomenes ciuitatē ceperit integram seruauerit tabellarios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Messenem ad Megalopolitanos cum litteris miserit: ut in inco/
lumem patriam reuerterentur sibiq; adessent hortatus fuerit:
quo deinde modo Megalopolitani litteras dum legerentur absolui
non permiserint: & uix a tabellariis manus abstinuerint: ceteraq;
huiusmodi leuia atq; humilia: consectatur. Quod uero sequebat̃:
quodq; maxime propriũ erat historie p̃termittit laudem uidelicet
atq; memoriã eorũ egregrie gestarum. Atquid ei erat ĩpedimẽto.
Nam si eos qui solummodo uerbis ac uoluntate bellum pro sociis
sustinent: bonos uiros putamus: qui uero populationem patrie:
incendia: obsidiones patiuntur: non solum laudamus atq; admira:
mur uerum etiam gratiis muneribusq; prosequimur: quibus laudi/
bus Megalopolitanos efferemus? quibus studiis complectimur? ñ
ne maximis atq; amplissimis? hi primo prouintiam Cleomeni reli/
querunt: deinde omnino se patria abdicarunt ne ab Acheorum
societate recederent. Postremo cum preter spem atq; opinionem
omnium reuerti incolumes in patriam possent maluerunt uitam ĩ
exilio trahere dimissis dõibus sepulchris tẽpls fortunis oĩbus deniq;
rebus necessariis q̃m aliquid uiolate sociis fidei signum pre se ferre
Quo quid maius aut preclarius factum est unquã: uel in postre/
mum fiet. Cui igit̃ rei magis attentos reddere auditores scriptorẽ
historie oportebat? aut quibus exemplis melius poterat hortari
homines ad fidem seruandam resq; egregie gestas imitandas? At
Philarchus nullã huiusmodi rerum mentionem fecit cecus ut mihi
quidem uidetur: ubi pulcherrime res occurrunt & inter ceteras
maxime memoratu digne. Addit non longe post cepisse Lacede/
monios Megapoli predam sex millium talentorum: ex quibus duo
millia Clemeni ex cõsuetudine dedisse. Vbi quis ñ statĩ admiret̃:
inscitiam atq; ignorantiam hominis de diuitiis & potentia grecoꝝ
que maxime nota esse historico debent. Equidem ita affirmo nõ
iis temporibus quibus & a regibus Macedonis oppresse: & uariis
inter se bellis exhauste erant Pelopõnẽsiũ uires: sed ea tẽpestate
qua iũcte una cuncte ciuitates secunda fortuna potiri uidebantur
haud tm̃ pecuniaꝝ ex omni Peloponneso colligi potuisse. Nam
quis ignorat Atheniẽses quo tempore cũ Thebanis bellũ aduersus
Lacedemonios gessere: ut exercitum decem millium hominum &
classem triremium centũ pararent: facto censu non solum erariũ
publicum uerum etiam proprias domos ciuitates omnem deniq;
prouintiam exhausisse & uix tandem congregare potuisse sex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

millia talentorum ducenis quiquaginta exceptis. Ex quo haud absurdum uideri debet quod modo de Pelopóneso affirmauimus. At iis temporibus in urbe Megalopoli nemo sit qui audeat dicere amplius q̃m trecentorum talentorum predam potuisse capi: p̃sertí cum clare apud omnes constet homines tam liberos q̃m seruos messenem confugisse. Maximum uero huius rei argumentum est q̃ cũ per id tp̃s Mantiniẽses q̃ neq; uiribus atq; fortunis ĩferiores Arcadibus erãt ut hic ipse auctor testatur: cincti undiq; obsidióe ita in manus hostium uenissent ut neq; fugere quispiam neq; sur/ripere quicq̃ potuisset ad extremum tamen preda omnis etiam cũ corporibus nõ amplius trecentis talentis estimata ab omnibus fuit Ceterum quod mox subiungit quis non magnopere admiretur? Venisse inquit decimo ante id prelium die a Ptolemeo oratorem qui Cleomeni nuntiaret negare Ptolemeum se ad belli impensas suppeditare aliquid uelle proíde eum hortari ut pacem cum An/tigono faceret qua re audita Cleomenẽ statuisse de omni simul re confestim decernere añq̃m id ad aures militũ ueniret: ne: ne forte indignarentur: nullam sibi amplius spẽ stipendii relictã ĩtelligẽtes At si nuper sex millia talentorum Megalopoli lucri fecerat quid erat Ptolemei presidiũ necessarium cui trecenta solummodo talẽta satis superq; fuissent ad uires Antigoni confrigendas: Simul igitẽ asserere Cleomenem omnem spem stipendii in Ptolemeo collocatã habere: simul tantum pecuniarum Megapoli nactum affirmare ñ ne summa institia est? Longa mihi suppeditáret oratio: si cetera uitia quibus egregius scriptor & hic & ubiq; star&: persequi uellẽ Sed hec in presentia satis esse existimaui. Post Megalopolis cap/tiuitatem Antigono in ciuitate Argiuorũ in hibernis commorãte Cleomenes cum primum per ãni tempus licuit copias cogere cepit hinc militum animos pro tempore hortatus exercitum ĩ Argiuoꝝ regionẽ educit. Fuere pleriq; qui eũ ob hanc rem ueluti auda/cem nimis ac temerarium reprehenderunt propter situs locorum asperos ac natura munitissimos. Alii id melius considerãtes sapiẽter eum fecisse existimauere. Nam cum animaduertetur Antigonum uictoriam in manibus: ut qui lõge multitudine militum prestaret: dimisso domi exercitu paruam admodum mercenariorum manum secum habere: huiusmodi quedã cogitare cepit: facile sibi fore ꝓ/uintiam sine discrimine ingredi. Quod si per eam ferro igniq; ua/statam usq; ad menia urbis pergeret: necessario argiuos Antgonũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

q talia per desidiā pateretur increpaturos: qui si murmure multi/
tudinis commotus aduersus hostem exire cogeretur: qd ni esse sibi
uictoriam in manibus ut qui longe in multitudine militū p̄staret:
Sin uero fretus ratione in urbe permanere: se factus per omnem
agrum in cursionibus ac non paruo terrore hostibus relicto: suoꝝ
uero animis confirmatis tuto ad proprias sedes reuersurum. Que
res ita plane ut cogitauerat: euenit. Nam cum passim uastari
prouintiam multitudo cerneret: Antigonum reprehendere: ille
nihilominus prudentissimi ducis officio fungi: sese intra urbem cō/
tinere: Cleomenes per omnem regionem intrepide discurrere. Ita
tandem rebus ex sententia gestis deuastata prouintia: perterritis
Argiuis suis uero ad futura bella audacioribus factis securus domū
reuersus est. Ineunte autē uere cū Macedones atq; Achei reuersi
ex hibernis forēt Antigonus cum exercitu Laconicem proficiscitē
Macedonum intra phalangem habens circiter decem millia: sagit/
tariorum ad tria millia: equites trecentes preterea ferētarios mille
gallos totidem Mercenariorū tria milia peditum: equites trecētos
Megalopolitanos circiter mille instar Macedonum armatos: qbus
dux preerat Cercidas Megalopolitanus. Ex sociis uero Boiorum
duo millia peditum: equites ducentos. Epirotarum mille pedites.
equites quīquaginta: Acarnanum totidem. Preter hos etiam mille
& sexcentos illyrios quibus preerat Demetrius Pharensis: ita ut oīs
summa copiarum esset octo & uiginti millia peditum: equites mille
& ducenti. Cleomenes aduentu hostiū p exploratores cognito oīs
aditus qui ī prouintiā patebant: militibus foffis ac sectis arboribus
diligenter muniuit. Ipse aditū quem Sellasiam uocant cū exercitu
occupauit: ratus: id quod euenit: hostes per ea loca iter facturos.
erant eius copie circiter uiginti milla hominum. Duo colles huic
loco imminebant: quorum alterum euam incole uocant: Olympū
alterum. Via inter hos media est que per ripam profluentis flumīs
ducit spartam. Cleomenes igitur occupatis collibus ualloq; & fossa
diligentissime munitis in eua gregarium militem ac socios posuit.
Iis ducem reliquit Germanum suum Euclidem. Ipse cum Lacede/
monus & mercenariis in olympo constitit. Equites autē in planitie
supra utranq; fluminis ripam cum parte mercenarioriorum col/
locauit. Cum ad ea loca appropinquasset Antigonus uno tēpore
& difficilem locorum situm: & miram Cleomenis in disponendo

Sellasia

Eua
Olympus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

exercitu induſtriam conſpicatuſ quippe qui nullum optimi ducis officium pretermiſerat: abſtinendum ſibi prelio in preſens tempus exiſtimauit. Itaq; haud procul ab eo loco iuxta Gorgyli fluminis ripam caſtra poſuit. Vbi paucis quibuſdam diebus commoratus loca omnia atq; exercitum hoſtium luſtrabatur. Poſtea laceſſere ad prelium hoſtes tentauit: Sed cum nullum prorſus uacuum cuſtodia. locum offenderet: ſiquidem Cleomenis prouidentia omnia diligentiſſime conſtruxerat: ab incepto deſtitit. Veruntamen ad extremum communi cõſenſu prelio inimicitias dirimere ſtatuerũt Ita prorſus uno tempore duos duces uirtute: conſilio: ac ſapientia pares fortuna coniunxerat. Antigonus igitur iis quos in eua collocatos diximus Macedones ſcutatos opponit: itẽ illyrios: cohortesq; in plures partes diuiſas alternatim diſponit. His Alexandrũ Ameti filium & Demetrium pharenſem duces prefecit. Poſt hos Acarnanes & Cretenſes collocat. Poſtremo duo millia Acheorum ſubſidii gratia ſubſequi iubet. Equites non longe a ripa fluminis aduerſum hoſtiũ equitatũ conſtituit: Alexandro duce cũ duobus millibus peditum illis relicto. Ipſe cũ mercenariorũ ac Macedonũ manu contra Olympum conſtitutus intre cum Cleomene prelium decreuit. Deductis igitur i aciem mercenarius Macedonum phalangem ſtatim ſubſequi iuſſit: quippe locorum anguſtie ne ſecus fieret impediebant. Signum erat illyrius incoandi certaminis cum primum oſtenſum ex locis que circa olympum erant linteum proſpicerent. Nam hi per noctẽ ſub ripa Gorgyli fluminis iuxta radicem colliſ conſtiterunt. Megalopolitanis quoq; atq; equitibus ſignum ineundi prelii erat cum primum a rege purpuream ueſtẽ erectam aſpexiſſent. Iam igitur certaminis tempus aduenerat: & illyrii datum ab Antigono ſignum notauerant. hortantur p tpe ſocios ut forti magnoq; animo ſint: uictoriam ſibi in manibus eſſe non dubitent. Poſt hec oẽs incredibili audacia ad expugnationẽ colliſ irrumpunt. At leuis armature milites: quos cum equitatu Cleomenis i planitie relictos ſupra memorauimus ubi aſaduertere cohortes Achaeorum omni ſubſidio nudas eſſe: a tergo: iam collem aſcendentes inſecuti: maximum in diſcrimen adduxerunt: Si qdẽ a dextra Euclides cum gregarius militibus a frontibus preſtabat: a leua uero mercenarii milites de tergo pertinaciſſime irruentes impreſſionem faciebant. Quibus ex rebus accidebat eos uno tẽpore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ab utroq; hostium agmine circunuenirī. Id ubi animaduertit Philopemenēs Megalopolitanus: statim quod optimum facta erat excogitauit: idq; apperuit ducibus. Sed quia & adolescens admodum erat: nec ducatum unquam fuerat assecutus: parum ei adhibite aures fuere. Quapropter ad conciues suos conuersus: parta inquit nobis est victoria fortissimi uiri si me sequimini factoq; contra hostium equitatum impetu: audacissime eos inuadit. Mercenarii qui de tergo expugnantes collem infestabant audito ingenti strepitu: simulq; equorum certamen conspicati: retrahunt gressus: & ad equitum subsidiū ubi constituti ab initio fuerāt: reuertūt. Per hūc modū turbatis hostiū ordinibus: illyrii atq; Macedones: ceteriq; una ab Antigono constituti magno impetu in hostes feruntur. Ex quo post hec clara apud omnes opinio fuit Euclidem eo tempore Philopemenis industria ac magnitudine animi seperatum. Vnde & Antigonum tradunt cum postea Alexandrum interrogasset quamobrem haud expectato uti conuenerant signo: mouisset aduersus hostes equitatum: atq; ille respondisset id a se minime: sed ab adolescente quodam Megalopolitano se inscio factum: dixisse: adolescentem quidem optimi ducis Alexandrum uero ignari adolescentis officio functū Qui autem cum Euclide cacumen colli tenebant: ascendentes hostium cohortes conspicati: facile imperitiam suam ostendere. Neq; enim cunctandum erat: quoad hostes ad uirtutem collis integri prouenirent: sed fretos oportunitate locorum obuiam hostibus procedere: & ex superiori loco impetum in eos facere oportebat: postea cum opus foret ad dexteram conuersos confestim sese ad tuta recipere: de hinc rursus in hostes ferri. Per hunc modum fractas tandem dissipatasq; Maccedonum copias facile uertissent in fugam. At hi tanquam uictoriam in manibus habebant plane contrarium fecere. Siquidem immoti in loco ubi collocati a Cleomene fuerant aduentum hostiū prestolantes cōstiterūt rati eo maiorem fore hostium conflictum: quo ex altiori loco & prerupto magis colle proiecti precipitatiq; essent. Verum mox insciie sue penas dedere. Quippe Macedones sine impedimento superato colle: postquam in equum locum uenerunt pedem pedi conferentes: tanta audacia in medios hostes prorupere ut eos statim in precipitem ac pernitiosissimam fugam conuerterit: Atrox eodē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

tempore prelium etiam inter equites gerebatur: ubi operepretium erat aspicere quo ardore: quibus uiribus: qua animi alacritate Achei concurrent: quippe omnibus pro libertate patrie dimicantibus. Precipue tamē iter ceteros Philopomenis uirtus clara atq; illustris habebat. Hic cum eius equus telo grauiter confossus exanimis cecidisset: nihilo timidior factus: pedestri certamine diu atrocissime se exercuit. ad extremum utrunq; crus sagitta transfixus cum incredibili animi robore spirauit. Reges quoq; in Olympo cum mercenarius ac leuis armature militibus prelium inierant. Erant hi circiter quinq; millia hominum qui iterdum priuatis certaminibus inuicem congressi nonnunq̄m uniuersi simul fortunam belli tentantes: diu uariam uictoriam experti fuerant: eratq; ad extremū equo marte discessum. At postq̄m Cleomenes relictum ab euclide collem: sociosq; in fugam conuersos animaduertit: equites uero iā ad summam desperationē redactos undiq; formidine circūstrepēte patefacere propinquum aditum: & fronte per unum ex lateribus acies exercitum educere decreuit. Iubet itaq; tubicines receptui canere: ac statim per eum modum reuocatis leuis armature militibus phalanges ex utraq; parte cōuersis hastis prelium capessūt. Fit atrox certamen. tantisq; animis utrinq; concurritur: ut modo cedentibus Lacedemonius: modo facta impressione Macedones cedere compellentibus: diu anceps uictoria fuerit: & cuius laus prima esset difficile iudicium uideret. Ad postremum Lacedemōii superati cum se fuge commisissent passim instar pecudum cesi trucidatiq; fuere. Cleomenes paucis quibusdam equis comitatus Sptā incolumis peruenit. Hinc proxima nocte Sythium profectus: naues q; iam dudum ad necessarios usus parate erant: conscendit: atq; Alexandriam cum amicis nauigat. Antigonus nemine iam resistente sparta potitus cum ceteris in rebus magnanimiter se ac perhumaniter erga Lacedemonios gessit: tum uel in primis: ut salua integraq; re publica patrius institutis uiuerent pmisit. Paucos deinde dies ibi commoratus cū ei nunciatum esset illyrios Macedoniā ingressos prouintiam deuastare: in patriam cū exercitu reuertit. Ita semper maximas res pro libidine fortuna uersat. Nam si uel id prelium Cleomenes aliquanto diutius distulisset: uel saltem post fugam sparte commoratus spem aliquādiu protraxisset: procul dubio discedente Antigono summa totius rei ad eum inclinatura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

erat. Profectus itaq; Tegeam Antigonus: ut quoq; integram rē publicam permisit. Postridie argos aduenit: tempore quo omnis populus ad celebrandos Nemee ludos conuenerat. Huic effusa ois multitudo obuiam procedit: in hunc oculos ciuitas uniuersa in hūc suspensa ora conuertit. hunc laudibus efferunt: hunc omnibus nō humanis tantum uerum etiam diuinis honoribus: & cōmune Grecorum concilium: & per se singule queq; ciuitates honorant. Demum Macedoniam properat. Vbi cum uagantes offendisset: illyrios structis utrinq; aciebus eos adortus: post longum certamen superauit. Verum tantis inter certandum clamoribus usus est: ut p fluuium sanguinis paucos post dies interierit: ingenti spe fraudatis Grecie populis: quam de eo non tam propter armorum usum q̄ propter uirtutem atq; integritatem regiā conceperant. Regnū Macedonie Philippo Demetrii filio reliquit. Verum si quis forte a nobis querat cur presens bellum tam longe repetitum tot uerbis scripserimus: sciat nos illud consulto fecisse. Nam cum hoc tempus in ea potissimū tempora incideret: de quibus scripturi in p̄sentiarū sumus dignum imo potius necessarium iudicauimus quemadmodū institutum ab initio fuerat: Macedonum ac Grecorum statum: qualis ea tempestate extiterit: notum omnibus facere. Per idem tempus Ptolemeo etiam morbo consumpto: Ptolemeus philipator regnum suscepit. Seulucusq; diem functus est Seleuci callinici & Pogonis filius. Huic Antiochus frater in regno Syrie successit: Ita simile quiddam bis accidit atq; superioribus illis qui post mortē Alexādri ea regna obtinuerant: idest Seleuco Ptolemeo & Lysimacho. Illi enī centesima & uigesima quarta olympiade uti supra memorauimus: hi uero centesima & trigesima nona diem suū obierunt. Nos igitur postquam totius nostre historie preparationē exposuimus: satisq; abūde declaratum est quo tempore: quo modo quibus causis Populus Romanus omni italia potitus exterarum gētiū i regna adortus fuerit: quis eo tēpore grecie ac Macedonie status: quis Cartaginensium extiterit: consentaneum arbitramur. cum ad ea uentum sit tempora uti ab initio fuerat institutum: in quibus Greci sociale: Romani Animabilis bellum gessere. Reges uero Asie inferioris Syrio imperio contenderunt presentem librū una cum huiusmodi rerum cōmemoratione: & hac permutatione: regnorum terminare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Polybii Historiarum liber scd̄s
finit. Incipit Tertius feliciter.

Atis est a nobis ī primo libro ostensū ꝙ sociale Annibalisq; & Syriacum bellū ueluti p̄ncipia ac fūdamēta reꝝ a Romāis gestaꝝ subiecimus ubi etiā reddite sūt cause: quę nos ut repetitis altius p̄ncipiis scd̄i libri historiā cōnecterere/mus īpulêre. Nūc uero ip̄a bella: cāsq; a qbus & orta sūt: & tā lōge lateq; diffusa demōstrare conabimur si prius conatū populi. R. q̄ breuius fieri poterit expo/suerimus. Nam cum unum opus ac ueluti unū spectaculum sit qd̄ scribere aggressi sumus quo pacto: quando: aut quamobrem: uniuersę orbis partes in populi Romani ditionem peruenêre: idq; & principium cognitum habeat: & tempus definitum: & finem certū profecto utile existimauimus: res etiam que intra principiū ac finem huiusmodi bellorū geste sūt duntaxat memoratu dignas summatim commemorare: rati per hunc modum studiosos nostri operis totius historie cognitionem facilius adipisci posse. Multa siquidē animus noster ex uniuersalis historie cognitione ad parti/cularium rerum historiam necessaria percipit: nec parum etiam particularium reꝝ peritia: ad uniuersalis historie sciētiam cōfert: Quod si utrunq; inuicem iunctum ueluti unum ex ambobus faciē prebeat incredibilem sane legentibus fructum affert. Verum nos quidem summa totius operis satis superq;: duobus superiobus libris diximus: Particularium uero rerum que medio tempore geste fuerunt: prīcipia quidem sunt hec que supramemorauimus bella: finis uero: Regum Macedonię interitus: Tempus inter principiū finemq; medium: anni quinquaginta: Intra quos tales ac tante res gestę sunt: quales quantasq; superior etas intra tam breue tēporis spatium nunq̄ tulit: De quibus nos a centesima & quadragesima olympiade scribere incipientes hūc ordinē seruabimus. Principio ostendemus causas unde id bellum quod Annibalis appellatur inter Romanos ac Cartaginenses oriri cepit. Vt Cartaginenses Italiā ingressi maximum in discrimen populum Romanum adduxerūt ut repente inciderunt in spem non solum reliqua Italia: sed ipsa etiā urbe Roma potiundi. Post hec exeq conabimur quo pacto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Philippus rex Macedonie post bellū cum Etolis gestum cōpositis in Grecia rebus in Cartaginensiū quoq; spem deuenit: Antiochus uero & Ptolemeus philopator post longam dissēsionē: tandem pro inferiori Syria bellum inter se gessere. Rhodii autem & prusias illato Byzātiis bello abstinere eos pōto coegerunt. Hic huiusmōi narratione terminata de istitutis atq; re publica Romanoꝝ dicere aggrediemur: quod hec ueluti peculiaris. p. R. in tantū uires eoꝝ auxit: ut nō solū italia siciliaq; pterea et gallis atq; hispānis icredibili celeritate potiti fuerint: sed tandem superatis bello Cartaginēsibus totius orbis imperium affectarint. Hinc ueluti per transgressionē narrabimus quo pacto Hieronis Syracusani impertum dirutum prostratumq; sit: item uarias turbationes que in Egypto fuere: Preterea quemadmodū post Ptolemei regis interitum Antiochus & Philippus tūctis inter se cōsilus de diuisiōe regni puero relicti gerere bellū ceperunt: Philippus aduersus Egyptum ac Samum: Antiochus aduersus Syriam atq; Phoenicem. Post hec receptis summatim Hispanie Libye atq; Sicilie rebus sermonem protinus simul cum ipsarum rerum mutatione ad loca Grecie transferemus. Expositis enim naualibus prelis que Attalus & Rhodii aduersus Philippū gessere: item Romanorū ac philippi bello cōmemorato quo pacto aut per quos gestum sit: quem finem habuerit: seruata serie rerum ad indignationem Etolorum ueniemus: qua indixere Romanis bellum Antiocho ex Asia aduocato. Cuius belli causas una cum transfretatione Antiochi in Europam executi: primo ostendemus quomodo Antiochus e Grecia fugerit: deinc quo pacto bello superatus omni prouincia que est citra Thaurum: Romanis cesserit. Tertio qbus uiribus freti Romani post gallorum qui in ea prouintia uagabantur: excidium: totius Asie imperium uendicauerint: omnesq; citra Thaurum habitantes populos barbarorum timore: & Gallorum temeritate liberarint. Post hec cōmemoratis: Etolorum ac Cophallinorum rebus infeliciter gestis: Eumenidis prusieq; & gallorum bellum aggrediemur: itē Ariarati bellum contra pharnacem. Deinc de concordia Peloponnesiorū & incremento ret. p. Rhodioꝝ breuiter locuti narrationem nostrā pariter cū rebus gestis cōcludemus: repetitis ultimo loco Antiochi cui Epiphanes cognomen fuit: in Egyptum expeditionibus: Item bello pūico: & itertu regni Macedōie qbus ex rebus facile itelligi poterit: quomodo Romani singula queq; aggressi haud longo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

interuallo uniuersũ terrarũ orbem subiugarunt. Quod si ex rebus prospere siue ĩfeliciter gestis liceret uirtutem a uitio: aut laudatũ hominẽ ab illaudato discernere: profecto hic finẽ facere oportuisset: narrationemq; ad ea: que nouissime explicare a principio proposueramus conuertere. Nam & tempus triũ ac quinquaginta annorum in hec desit: & imperium Romanorum ita propagatum est: ut in posterum omnes clare intelligerent id factu necessarium fore: quod populus Romanus iuberet. Verum quoniam iudicari hec ex euentu rerum non recte possunt: cum sepenumero ea que factu optĩa uidentẽ: nisi oportune fiãt ingentes afferant iacturas: & e cõtrario qui ĩ aduersũ aliquem casum inciderunt: si id forti ac magno animo tolerent: plerunq; fortunam suam ĩ melius uertãt: dignum iudicauimus his que scripta a nobis sunt etiam illud addere: que conditio uictorum fuerit que ratio administrandi imperii quomodo relique urbes Regiones: loca sponte ad eos desciuerint. Preterea qui mores queue instituta apud omnes fuerint: tum uite ꝑuate tũ ĩ uniuersum totius rei publice. Sic enim & ꝑsentibus palã fiet fugiendum ne an potius sponte eligẽdum sit imperium. p. R. & posteris utꝝ laude & memoria digne: an e contrario uitupande omnino sint res geste Romanorum. In hoc enim consistet ĩprimis nostre historie utilitas siue ad presentes seu ad posteros respexeris. Quippe nec qui bella gerunt: nec qui de bellis iudicãt: finẽ belloꝝ statuunt ipsam uictoriã nec ut imperio suo cũcta subiiciant. Neq; enim prudens quispiam idcirco cum finitimis bellum gerit: ut fusos profligatosq; inspiciat hostes: neq; multa maria nauigat duntaxat transfretandi gratia: neq; artes & disciplinas illarum tantumodo causa sectatur. Sed omnes ad hec mouemur ob id quod seq exĩde cernimus uel iocundum uel utile: uel honestũ: Quamobrẽ & finis nostri operis merito dicetur nosse que conditio omniũ fuerit post acqsitum a Romanis imperiũ orbis terrarum quousq; rursus noua reꝝ turbatio orta ẽ. De qua quoniã multe maxĩeq; res memoratu digne acciderunt: quibus ipse non solum spectator magna ex ꝑte uerũ etiam hortator atq; adiutor interfui: haud inuitus facto q̃si alio principio scribere decreui. Hec turbatio fuit: ĩ qua Romani quidem bellum aduersus celtiberos mouerunt. Cartaginenses uero aduersus Masinissã libye regẽ. Quo tempore ĩ asia quoq; Attalus & prusias inuicem contendebant. Ariararthes aũt Cappadocie rex a Roferne per Demetrium regno expulsus: non longe post per

ariararthes rex Capp. oferues.

eūdem ī paternū imperiū restitutus ē. At Demetrius Seleuci filius cum annos duodecim regnū Syrie tenuisset ceteris regibus aduersū se cōspirantibus uita simul ac regno spoliatus fuit. Romani grecos quos bello ꝑsicos patrio solo extorres egerāt: ciuitatibus suis restituerūt. Ipsi ñ longe post Cartaginēsibus bellū intulere ob cās q̄s dicemus. Ita cū Macedones quidē ab amicitia Romanoꝝ: Lacedemonij uero ab acheorum re. p. desciuissent: secuta est communis totius grecie calamitas. Sed hec de apparatu nostro satis. Vtinam mihi tantū uite deinceps deoꝝ uolūtate sit: quantū ad perficiendū inceptū opus sufficiat: quanq̄m mihi persuadeam: etiam si lōgiora uiuendi spatia nobis negarent: nō defuturos tañ in tāta eruditoꝝ multitudine qui opus nostrū ad finem perducerent: & quod nobis repētina mors uetasset exequi conarēt. Veꝝ cū res que memoratu digniores uidebant abunde cōmemorauerimus: cupidi ut lectooribus nostri operis oīa & ī uniuersū & per species īnotescant: tp̄s est ut iam propositi nostri memores ad narrationē ueniamus. Ex his qui res gestas Annibalis scripserūt pleriq; cupientes causā eius belli ostendere quod inter Romanos Cartaginēsesq; exarsit: ꝑmā quidem asserunt ꝙ Cartaginenses Saguntum obsiderunt secūdā ꝙ preter fedus cū Romanis percussū hiberū amnē transgressi sunt. Ego uero hec quidē initium belli fuisse existimo cās uero mīme. Multū. n. īter ꝑncipia reꝝ ac cās īterē nisi forte q̄spiā aut Alexādri trāsitū ī asiā cām fuisse dicat eius belli qđ aduersus ꝑsas gessit: aut Antiochi descensū ad Demetriadē eius belli cām qđ ē cū Ro. īceptū qđ neq; ueꝝ ē neq; uerisimile. Nā q̄s adeo reꝝ ignarus eas belli cās uocet: q̄ꝝ ꝑtē Alexander ꝑtē etiā Philippus cū adhuc uiueret ad bellū ꝑsicū parauerat siue Etoli añ Antiochi aduentū ad bellū cū Ro. gerendū. Sed hee hoīm sūt ñ aīaduertētiū q̄ntū īter ꝑncipiū cāmq; īter sit & qđ cāe oībus ī rebus ꝑme sūt ꝑncipia uero ultima cāꝝ: Eqdē ita existimo ꝑncipia dici ꝑmas hoīm actiōes ī rebus que iudicate ac deliberate sūt: cās uero que iudiciū deliberationēq; ꝑcedūt: queq; efficiūt ut ita iudicemus deliberemusue: ut cogitationes cōsilia rōcinationes ceteteraq; huiusmōi. Hoc aūt ex sequentibus palā fiet. Nā que cāe belli ꝑsici fuerant aut uñ id bellū ortū sit facile erit cuiuis ꝑspicere. Prima quidē fuit grecorū cū Xenophōte ꝑ tot īdōitas nationes & barbaras gētes ī patriam reditus ī quo nemo barbaroꝝ ꝑ tanta itineris spatia totq; hostiliū erraꝝ āphractus grecis se apponere ausus fuit. Scđa trāffretatio

Principia Causæ Di

Agesilai Lacedemõiorꝝ regis ĩ asiã ĩ q̃ cũ nihil dignũ nihil uiribus
suis aduersũ cõperisset: ueluti triũphatis barbaris ob turbationes
que ĩ grecia exarserãt: retrogredi coactus ẽ. His.n. rebus Phi/
lippus rex macedonũ ignauiã atq; segnitiẽ ꝑsaꝝ exptus: & simul
fretus sua atq; macedonũ in rebus bellicis ꝓmtitudine: grandi ꝑte/
rea spe ꝑmii allectus cũ primũ grecoꝝ sibi beniuolẽtiã haud dubie
cõciliatã intellexit: sũpta occasione ꝙ ꝑse in grecos aspiẽ seuissẽt
oĩ conatu bellũ cõtra eos mouit. Quapropter cãe qdẽ huius belli
dicẽde sũt q̃s ꝑmo memorauimus: occasiones q̃s scd̃o loco diximus
Principiũ aũt transfretatio Alexãdri ĩ asiam. Eius uero belli qd̃
sub Antiocho cõtra Ro. gestũ ẽ cã extitit ĩdignatio Etoloꝝ. Hi
n. cũ in bello Philippi sicuti supra memorauimus spreti atq; cõtẽpti
fuisse a Ro. uiderẽt ñ solũ Antiochũ ĩ subsidiũ adhibuerũt sed oĩa
& facere & ꝑpeti decreuere, tãta eoꝝ aĩos supioris tꝑis ĩdignatio
cepat: occasio uero fuit grecie libertas sub cuius spetie finitimas ci/
uitates in sententiam suam trahere conabant Principiũ uero belli
extitit nauigatio Antiochi ad Demetriadẽ. Veꝝ nos qdẽ huius
rei pluribus uerbis meminimus nõ quo ueterum scriptoꝝ aliquem
insectaremur: sed ut studiosoꝝ utilitati cõsuleremus. Nam quem/
admõm medici nihil ꝓdesse egrotantibus possũt si morboꝝ causas
ignorant: ita q circa res gestas uersant oĩ ꝓrsus utilitate carent
nisi & loci & tꝑis & causaꝝ atq; occasionũ oĩm rõ cõstet. Nihil igit
uel magis necessariũ uel tantope querendũ q̃ causas reꝝ oĩm que
accidũt nosse: si qd̃ ex oportunitate maxĩe interdũ res oriri solẽt
facillimũq; ẽ cuilibet rei ĩ ipõ ĩtroitu obsistere. Atq Fabius Ro.
historicus eius belli qd̃ Annibale duce ĩter Cartaginẽses atq; Ro.
exarsit cãm fuisse refert seuitiam atq; crudelitatẽ Annibalis in Sa/
gũtinos & Asdrubalis ambitionẽ ac ĩmanẽ regni cupiditatẽ. Hunc
n. ĩqt cũ ĩpiũ Cartaginẽsiũ ĩ hispania mirifice auxisset paulopost
Cartaginẽ delatũ rẽ. p. eoꝝ pessũdatis legibus cõuertere ĩ tyran/
nidẽ tentasse: Quod cũ ꝑncipes eius rei. p. intellexissent facto inter
se cõsilio ab Asdrubale dissẽsisse. Quare motũ Asdrubalem relicta
africa cõfestim esse in hispaniã reuersũ resq; hispanas in posterũ
uti ꝓposuerat sñ auctoritate Senatus Cartaginẽsiũ tractasse. An/
nibalẽ uero ꝙ ab ĩeũte etate sub eo ĩpatore meruerat eiusdẽ plane
cõsilii fuisse refert. Quocirca tũc hispaniẽsiũ rebus potitũ Asdru/
balis uestigiis plãe ĩstitisse ex quo id bellũ uolũtate ipius eẽ cũ ro.
exortũ ĩuitis Cartaginnesibus. Siqdẽ neminẽ oĩ Cartagine fuisse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

cui dũtaxat salus rei.p.cara foret: q facta Annibalis ĩ Sagũtinos
ñ maxĩe impbarit. Hec loquutus addit post captiuitatẽ Sagunti
uẽisse Cartaginẽ legatos Ro. qui Annibalẽ in penã rupti federis
deposcerẽt: Quod si negaret bellũ Cartaginẽsibus ĩdicerẽt. Si qs
uero fabiũ roget qd nã uel opportũius uel iustius uel cõducibilius
esset Cartaginẽsibus qñ qdẽ ab initio ut idẽ ĩquit factũ Annibalis
egre tulerãt: Quã ipm auctorẽ culpe & criminis reũ poscentibus
Romanis ad piaculũ tradere: atq; ita cõmunẽ patrie hostẽ p alios
ulcisci catũq; ciuitatis sue quietũ facere: auctore bellorũ eiecto cũ
id dũtaxat decreto fieri liceret. quid nã respõdere possit? pfecto
nihil. At hi tãtũ abfuit ne quid tale agerẽt ut decẽ & septẽ ãnos
ĩ bello cõtinue cum Romanis perseuerauerint: neq; pus desiterĩt
q̃ oĩ spe nudati nõ solũ in patrie uerꝫ etiã in capitũ suorꝫ discrimẽ
deuenerũt. Sed quorsũ hec de fabio & scriptis eius? non quo fidem
auctori detrahamus: qñquidẽ scriptorꝫ ipsius uanitas facile per se
ipsam legẽtibus appet: Verꝫ ut studiosos eius hortemur ne tã au/
ctoris antiquitatẽ q̃ ipsã rerꝫ gestarꝫ seriẽ aĩaduertant. Sũt enim
nõnulli qui nõ tã scripta ab auctore, q̃ ipsũ amplectũt auctorẽ
& qa ille tpe quo hec gerebãt uixit: Senatuiq; Ro. ĩterfuit nihil
ab eo dici posse ñ uerꝫ existimãt. Ego uero adhibẽdã qdẽ ĩmultis
huic auctori fidẽ existĩo: haud tñ usq; q̃q; credẽdũ. siqdẽ res ipse
que q̃lesq; fuerĩt quomõ cõuẽiãt cõsiderãdũ. Ceterꝫ ut eò reuerta/
mur uñ discessimus: Cã qdẽ eius belli qđ Ro. cũ Cartaginensibus
gesserũt pma existimari debet ĩdignatio Amilcaris cui Barce cog/
nomẽ erat. Fuit aũt Annibalis pater. Hic.n. ĩ bello siculo haud q̃q̃
a Ro. uictus ẽ: nã exercitũ omnẽ cui pẽrat iuxta Erycẽ sĩgulari
uirtute seruauit ĩcolumẽ: Sed cũ Cartaginẽses nauali prelio pfli/
gatos cerneret tpi cõsulẽdũ ratus pacẽ cũ Ro. ĩiit: Neq̃q̃ tñ ĩdig/
natiõe deposita. Quĩ cõtinue oportũitatẽ aliq̃ pstolabat q̃ Ro.
ulcisci posset. & nisi turbulẽto mercenariorꝫ militũ motu res Car/
taginẽsiũ uexari cepissẽt: e uestigio bellũ renouasset: sed ĩtestino
malo ĩpeditus rẽ ĩ aliud tps distulit. Ro. uero piculũ Cartaginẽsiũ
aĩaduertẽtes ĩ mercenariorꝫ dissẽsiõe: bellũ eis minati sũt. Quod illi
ut euitarẽt: nullã cõditionẽ respuebãt: sicuti supioribus libris oñdi/
mus sine qbus nec q̃ ĩ psẽtia diximus: nec que relaturi post hac su/
mus ĩtelligi pñt. Tãdẽq; cũ Ro. desistere a pposito aliter ñ uide/
rẽt: cõsilii atq; subsidii ĩopes Sardinia eis cesserũt tributoq; de quo
pmo cõuenerãt mille & ducenta talenta addiderũt que res scđa &

Cartaginenses 17 annos cõti
perseuerauerunt in bello.

uanitas

Quo tempore uixisset fabius hist

Causa secunda
punici
Amilcar. Barcas cognom

maxia cā extitit eius belli qđ postea ortū ē. Amilcar. n. cū ad in/
dignationē eius totius quoq; Cartaginēsis populi ídignatio acces/
sisset simulatq; extícto mercenariox tumultu res patrie cóposicas
sedatasq; ítellexit: bellum í hispania aggressus ē. studēs hac ueluti
pparatióe uti ad bellū cótra Ro. gerēdū Hec uero tertia cā eius
belli existimari debet. i. felix Cartaginēsiū í hispania successus. His
n. aucti Cartaginēsiū aí audacius postea huic bello incubuerút.
qđ aút Amilcar maxía cā extiterit scđi belli punici: q̄nq̄ decēnio
añ mortuus: multis qdē testimoniis có pbari pót. Sed satis í psentia
erit qđ sequit referre. quo tempore uictus a Ro. Annibal relicta
africa cursú ad Antiochum direxerat. Romani conatú Etolorú
animaduertentes legatos ad Antiochum miserunt qui uoluntatem
regis explorarēt: & sub spetie legatiónis apparatum eius specularēt
Hi simul ac fauere etolis Antiochum intellexerút: paratúq; íferre
Romanis bellú oíbus diebus assidui circa Annibalē fuere. studētes
eú assiduo colloquio suspectú inuisúq; regi facere: neq; eos cósiliú
suum fefellit q̄ppe antiochus tāta familiaritate recóciliatā ei cum
Romanis gratiā existimās diu Annibalē suspectú habuit. Verú
interiecto tpe accidit ut í cósiliú uocatus a rege libertorē loquēdi
locú nactus sit. Túc cómemoratis multis tādē ueluti ídignabúdus
í hec uerba prupit. quo tpe inqt pater meus Amilcar exercitú in
hispaniā traiecturus erat ānú etatis agebā fere nonú. Túc patre
tout sacrificante altaribus adherebā. At pater meus sacrificiis rite
pactis secedere parúp ab aris ceteros iussit: meq; solú ad se uocatú
pbumāiter & blādīti similis an uellē í expeditionē duci rogauit.
q cú id ñ solú libēter acceptassē uex etiā puerīliter depcatus forē
pater capta dextra mea & altari admota uoluit ut tactis sacris iu/
reiurādo assererē me cú pmú p etatē licēt hostē. p. r. futurx. Itaq;
q̄ndiu hostis Ro. eris o rex: licēt í tuto credas oía nec qcq̄ de An/
nibale suspiceris. Simulatq; uero uel fedus cum Romanis percus/
seris uel in amicitiam redieris: tunc noli expectare alium de me
calumniatorē sed statim ueluti hostē. p. R. cauēdū puta. Sēp. n.
q̄ntū í me erit illis aduersus ero. Hec cú ítellexissēt Antiochus &
uere & p dolore ex aío ab Annibale dici cónfesti suspitionē oēm
hoc itaq; aptissimū testimóiú ē ímicitiax amilcaris ifestiq; aduer/
sus Romanos animi q̄nq̄ id ex ipis rebus ícueri liceat. Eiusmói. n.
hostes Populo Romano reliquit Asdrubalem filie sue uirum &
Annibalē filiú ut nihil eis ad cumulú iniuriax potuisset accedere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Verum Asdrubal quidem morte interceptus suum aduersus Romanos animū ostendere ñ potuit. Annibali uero tēpora cōcesserūt ut factus uoti compos paternum odium longe lateq; diffunderet. Idcirco eos qui in publicarum rerum administratione uersantur: intueri hec diligenter & exactissimo studio examinare decet: ne eos lateat animus illorū cū quibus uel iunguntur fedre: uel pace conciliantur: quando id cedentes temporis faciant: quando aūo non ulterius seuiendi: quo ab iis quidem qui oportunitatem male/ faciendi prestolantē cauere assidue possint: iis uero quos uel subiectos imperio suo uel ueros amicos norint: quandocumq; res ferat secure ac fideliter utantur. Cause itaq; secundi belli punici hę sūt quas hactenus diximus: principia uero que mox referemus. Cartaginenses grauiter atq; iniquo animo ferebant iacturam ablate sibi a Romanis sicilie. hanc eoz indignationē, sicuti supradiximus intercepta per fraudem inter motum africe sardinia & supposititū stipendium augebat. Quasobres simulatq; imperium in hispania auxissent: ultro arma inecturi italie uidebantur. Mortuo autē Asdrubale cui post Amilcaris obitū summa imperii cōmissa fuerat anteq̄ nouum ducem crearent expectare exercitus uoluntatem decreuerant. Vt uero e castris nuntius aduenit Annibalē ingēti omnium clamore atq; assensu imperatorem appellatum: aduocata e uestigio cōtione: unanimi consensu electionē exercitus confirmarunt. Annibal igitur accepto imperio nihil perconctādū ratus exercitum in olcadum fines: ueluti per transitum ducit. Hinc discedens Cartaiā urbē: caput gētis eius obsidet: nec multis iteriectis diebus expugnat. Quo metu perculse reliquę ciuitates ultro se Cartaginensibus dederunt. Exercitus uictor preda onustus Cartaginē nouam in hiberna deducit. Ibi Annibal predam omnem inter milites liberalissime partitus: mirifice omnium benuolentiā sibi conciliauit: nec paruam futurarum rerū militibus spem adiecit Vere primo rursus in uacceos exercitum ducit. Ermandica mox potitur. Arbocalam uero ob magnitudinē ciuitatis & multitudinē uirtutemq; oppidanorum diu defensam: post longam tandem obsidionem non sine discrimine ui capit. Post hec repente i maximū periculum preter opinionem incidit: carpentanis eum ex uacceis regressum predaq; onustum adortis: que gens & ferocia & multitudine hominum ceteros eius prouincie populos antecellit: Cū iis etiā se conuixerant profugi ab Ermādica: quos olcadum exules

Principia belli pu

Annibal

Olcades Cartaia

Vaccei Ermandi Arbocal

Carpen

in eam sententiam adduxerant. Quod si Cartaginenses aperto p/
lio una concurrissent: profecto uicti profligatiq; fuissent a Car/
pentanis. Verú Annibal prelio abstinuit: & callide hostibus cedẽs
castris supra ripam Tagi fluminis collocatis; equitibus precipit ut
cum hostem aquam ingressum uiderint: adoriantur: peditú agmẽ
in ripa: elephantos preterea quadragíta disponit. ita cú & flumẽ
& feras ueluti concertantes haberet: omnia ex sententia pcesserút.
Nam barbari metu cessisse Cartaginenses rati sublato clamore
passim in amnem ruunt. Quare magna pars eorum iuxta exitum
fluminis absumpta ab elephantis per ripam grassantibus: & ad se
delatos in maniter conculcãtibus obtriti: pleriq; aút ab equitibus
in ipso flumíe trucidati: q; eques corpore armisq; liber facilius p
medios gurgites rem gereret: peditemq; uix uado fidentem infe/
staret. posteriores quibus regressus in suam ripam facilis erat: re/
trocedebant: Cú tandẽ Cartaginenses omnibus copijs amnẽ ígressi
uniuersos in fugam uerterunt. Erant autem Carpentani una cú
olcadibus atq; uaccei ultra centú millia hominú. Quibus superatis
nemo transiberum fuit: qui postmodũ resistere cartaginensibus
auderet: preter Sagúntinos. Hos non dum bello ífestare Annibal
uoluerat: ne prius cãm aliquam belli Romanis preberet: q̃ cetera
oía iuxta Amilcaris parẽtis admonitionẽ: sibi cóstãtissíe asciuisset.
Saguntini interea frequentes Romam nuntios mittebant: simul
solicíti de rebus suis: & uelut presciti futurorú: simul ne Romanos
laterent/ felices Crtaginẽsiú in hispania successus. At romani post
multos uariosq; de eadem re nuntios: tandem oratores in hispanią
ad speculandos actus Annibalis mittunt. Annibal ea tempestate p
actis que cócupierat: rursus Cartaginẽ nouã in hiberna secesserat
Vt primum uero aduenisse legatos Romanorú nuntiatum est:
ad se admitti iussit: & loquẽdi que uellent: potestatẽ fecit. hi p̃mo
Annibali denuntiant: ut a Saguntinis abstineat: esse enim socios
populi Romani: deinde ne hiberú transgrediat: id enim in federe
cum Asdrubale icto caueri. Que cú audisset Annibal: ut iuuenis &
bellico ardore feruens: q; facillime oía p principes factionis sue
i senatu Cartaginensi obtinebat: ac iá iã in bellú aduersus Roma/
nos exarserat: legatis quidẽ rñdet ueluti amicus Saguntinorú: in/
crepans populú Romanú q; nup orta inter Saguntinos dissẽsióe
cú ab iis litteras accepisset: ut ad cóponendas res legatos saguntú
mitterent: per iniuriam quosdã e principibus ciuitatis interfecissent:

quos ulcisci se uelle minatus est. esse enim hunc ueterem Carta/
ginensibus morem: ne iniurias suorum multas patiãtur. Ex alia
parte nuntius Cartaginem missis: quid agere opus sit consulit: cũ
Saguntini societate Romanorum freti plerisq; Cartaginensium
oppidis grauis iniurias intulerint. Deniq; omnis in constantie atq; i/
dignationis plenus: & ardore belli gerendi fluctuans nullam uerã
rationem adducit in mediũ: inanes tantũmodo ac ratione carẽtes
causas sectatur. Quod his accidit: q uicti perturbationibus animi
officium deserunt. Nã quanto melius erat id dicere? optimo qdẽ
iure petere a Romanis Cartaginẽses ut Sardiniam stipendiumq;
quod iam tot annis: in summa eorum necessitate per iniuriam ab/
stulerant: restituerent: id ni facerent: bellũ se eis indicturos? At
nunc pretermissa uera causa: falsã hanc de Saguntinis fingẽs: nõ
solum preter rationem: uerum etiã per summam iniuriã moturus
bellũ uidetur. Legati Romanoꝝ & si necessario suscipiendum esse
bellum intelligebant Cartaginem tamẽ profecti eadem illis quoq;
denunciarunt. Verum Romani quidem non in italia se: sed in
hispania dimicaturos Saguntũq; ueluti monumẽtũ ac receptaculũ
belli habituros sperabant. Quãobrem ad id se parantes cõponere
primum res illyricas nitebantur: quippe intelligentes maximũ
se ac diuturnissimũ bellũ & procul a finibus italie habituros: Acci/
dit per ea tempora ut Demetrius illyrioꝝ Rex oblitus cõpluriũ
populi Romani erga se officiorũ cũ eos cerneret hinc gallorum:
illinc Cartaginensium terrore perculsos: omnemq; suam spem in
regibus Macedonie haberet: ꝙ particeps fuerat eius belli. quod
aduersus Cleomenem Antigonus gesserat: oppida illyrii que di/
tioni Romanorum subiecta erant uastaret: urbes expugnaret:
terminos in federe nominatos transgrederetur: plerasq; insulas e
cycladibus dirriperet: & quasi tempestas quedam cuncta proster/
neret. Que ubi Romani ĩtellexerũt: uidẽtes florẽtẽ ea tẽpestate
Macedonum principatum: componere omni studio res illyricas ĩ
pñtia nitebantur: sperantes id facile factu fore: seq; paucis diebus
& illyriorũ insciciã castigaturos esse: & ulturos Demetrii ingra/
titudinem. Verũ res longe aliter q̃ sperabant euenit: Nam dum
tempus huiusmodi rebus teritur: Annibal omniũ spe celerius Sa/
gũtũ capit. Quo factũ est: ut bellũ iam non in hispania: sed ꝓpe
urbem Romam & per omnẽ italiã exardesceret. Romani tamẽ
hoc consilio freti. L. Emylium in illlyrium cum exercitu misere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

qui reſ eius prouincie componeret animo primo centeſime & qua/
drageſime olympiadis. Annibal Cartagine noua cum oibus copiis
profectus Saguntum petit. Ciuitas ea ultra hiberum ſita eſt: in
radicibus mõtis q hiſpanos a celtiberis diuidit circiter mille paſſus
diſtãs a mari. Cuius incole & copia terreſtriũ fructuũ: & multitu/
dinis incremento: & uirtute militari ceteris hiſpanie populis põtãt.
Huius fines in feſto exercitu ingreſſus Annibal peruaſtatis paſſi
agris: ad obſidionem urbis omnis machinamẽtis adhibet: cõmodiſſimũ
rebus ſuis fore ratus; ſi ea per uim potiretur. Primũ enĩ ablatura
ſe Romanis ſpem gerendi in hiſpania belli animaduertebat. põterea
non paruum metũ ceteris iniecturum: exquo & ciuitates hiſpanie
que iam in eius poteſtatem deuenerant: fideliores future: & que
adhuc in libertate uiuebãt e uestigio ſe dediture uidebant. Ter/
tio q ſe deiecpſ turo ad reliqua progredi poſſe intelligebat nullo
hoſtili loco poſt ſe relicto. Preter hec ſperabat ſe ĩgentem pecu/
niam cõparaturum: qua poſtmodum in rebus agendis uteretur:
militum uero animos confirmaturum: ob ſummã utilitatem quam
quiſque ex preda urbis caperet. Poſtremo etiam beniuolentiam
ciuium qui Cartagini morabantur ſibi conciliaturum ob munera
que de manibus ad eos miſſurus foret. His rationibus fretus omni
ſtudio obſidioni urbis inheret: multitudinis aios nunc ira in hoſtes
ſtimulando: nunc ſpe põmiorũ accendit. Interi ſe ipſum exemplũ
prebet: tum i conficiendis admouendisq; ad menia machinis: tum i
adeundis locis ubi magis imminens periculum oſtendebatur. omnia
denicp nõ ſecus agit ãq ſi nihil inter ſe atq; militem intereſſet. Per
hunc modum octo continuis menſibus animo & corpore fatigatus
tandem ſaguntũ ui capit. Vbi maxima pecuniarum copia parta
multiſq; captiuis in poteſtatem redactis. illã quidem in neceſſarios
belli uſus uti ſtatuerat: ſeruauit: hoſtes uero inter milites pro digni/
tate cuiuſq; partitus eſt. Reliquam autẽ ſupellectilẽ durio Car/
thaginenſibus miſit. Quibus peractis haud quaq; opinione ſua fru/
ſtratus eſt: ſed omnia ei ex ſentẽtia ſucceſſerunt: ſiquidẽ & militũ
animos pröptiores in poſterum reddidit ad ſubeunda pericula: &
Carthaginenſes ſibi obſequioſiores fecit: & ipſe maiorem rerum ge/
rendarum facultatem ob partam pecunie ſũmam adeptus eſt. Dũ
hec agerentur Demetrius illyriorum rex cognito conſilio atq;
apparatu Romanorum confeſtim Dimadam urbem preſidio &
cõmeatu diligentiſſime munuit. In reliqs uero oppidis illyrii electis

diuerſe factionis boibus ſuos tantū manere paſſus eſt. Ipſe electis ex omni exercitu ſex millibus ueteranorū: pharum petūt. Inter hec Emilius conſul in illyrium applicuit: integris omnibus copiis ubi cum animaduertiſſet hoſtes forti ac conſtanti animo eſſe: q̄ ſitu ac munitionibus Dimale freti: irritū fore Romanorum aduentum opinabantur: eam primum urbem omni conatu cenſuit oppugnari debere: Ratus id quod euenit: ſi ea caperetur facile reliquas perculſas timore in poteſtatem Romanorum uenturas. Hortatuſ atq; milites: & admotis urbi machinis Dimalam obſidet: qua intra ſeptem dierum ſpatium ut capta: adeo animos hoſtium fregit ut repēte ex omnibus illyricis ciuitatibus legati aduenerīt ſe ſe fidei Romanorū dedēteſ. Quibus in amicitiā receptis: ictiſq; cum ſingulis pro cuiuſq; conditione federibus: exercitum uerſus pharum mouet: ubi illyriorum rex immorabatur. Hic quoniam eam urbem & natura loci munitiſſimā eſſe intelligebat: & electoꝝ ex omni numero militum preſidio firmatam: commeatu preterea & ceteris rebus ad bellum neceſſariis abundantem: ne difficilis & p quā diuturna futura eſſet eius obſidio uerebatur. Quāobrem diu conſilii ancepſ tandem hanc uiam ingreditur. Facto per noctem in inſulam curſu. magnam partem copiarum intra ſiluam denſiſſimis obſitam arboribus collocat. Ipſe orto iam die cum uiginti nauibus palam propinquum urbi portum ingreditur. Illyrii naues hoſtium conſpicati: ac earum numero contempto denſo agmine procurrunt ad portum: ut Romanos a littore arceant. Vbi mixto cum illis certamine: acriter aliquandiu dimicatur: multis cōtinue ex urbe in ſubſidium ſuorum exeuntibus. Tandemq; omnis in eū locum ciuitas confluxerat. Tum Romani qui in propinqua ſilua noctu delituerāt: audito clamore: per loca abdita tēpeſtiue eodē concurrunt: occupatoq; colle qui intra urbem & portum natura munitiſſimus erat: redditum hoſtium in urbem prohibent: quod animaduertentes illyrii inceptum arcendi hoſtes conſilium deſerūt atq; omnes in unum congregati ſe inuicem hortātur: ueluti ex cōpoſito cū his q collem occupauerant conflicturi. Romani uero iam apropinquantes illyrios conſpicati inſtructis aciebus eos aggrediuntur: atq; alacres capeſſunt prelium iam etiam pars altera a nauibus aderat hoſtesq; premebat a tergo. Ita undiq; cōcurrentibus Romanis: illyrii uero non ſolum a fronte: uerum etiam a tergo laborantibus: diu atrociter pugnatur. Tandem victoria penes

Pharum

L. Emilius cons

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Romanoſ fuit: illyriorum maxima parſ ceſa: pauci ſe intra urbē receperunt: reliqui in deſerta inſule profugere. Demetriuſ ad Lemboſ quoſ fuge gratia ſi quid tale accideret tribuſ in locis parauerat clam perlatuſ in ſequenti nocte preter opinionē oim ſaluuſ euaſit. pfectuſq; ad Philippum Macedonie regem reliquū etatiſ ſue apud eum egit. Vir alioquin audax atq; robuſtuſ: ſed temere ac parū conſiderate in rebuſ belliciſ ſe gerenſ. Quappter exitum quoq; talem habuit qualiſ anteacta eiuſ uita fuerat. Nā cum ex ſentētia Philippi Meſſenioꝝ urbem oppugnare cepiſſet nimia audacia profuſuſ turpiſſime ab hoſtibuſ interfectuſ eſt. Verum que de hiſ particulatim dicenda erunt: cum ad ea tempa uentum fuerit: diſſeremuſ. Emiliuſ Pharo repente potituſ urbem funditus euertit. Hinc reliquiſ illyrii ciuitatibuſ ītra paucoſ dieſ imperio Romanorum additiſ: rebuſq; omnibuſ uti ſtatuerat in prouincia compoſitiſ ineunte iam autumno Romam reuerſuſ ē: ubi cum ſumma gloria receptuſ triumphauit: iudicatuſ ab oībuſ non ſolum prudenter uerum etiam fortiſſime egiſſe. Cum interea nuntiuſ de excidio Sagunti Romam peruenīſſet: haud quaq̄ de bello inferendo eſt inter patreſ conſultum ut quidam ſcripſere: addenteſ rationeſ & cauſaſ que animoſ eorum in utranq; partem impellebant. Quo quid inconſtantiuſ dici poteſt? quomodo enim credibile eſt: ut qui proximo anno bellum Carthaginenſibuſ denuntiarant ni Saguntinoꝝ finibuſ abſtinerent: idem nunc capto per uim Sagunto an ſit cum Carthaginenſibuſ belligerandum an contra bello abſtinendum inter ſe conſulant. Quid uero minuſ credibile q̄ ex una parte Senatum perinde ac ſi de ſumma rerum dubitaret triſticia atq; merore incredibili affectū: ex altera uero pueroſ omneſ qui dumtaxat duodecim ū annum tranſgreſſi eſſent in Senatum a parentibuſ perductoſ: & cōſiliorum omnium par/ ticipeſ: nihil unq̄ cuiq̄ ſecretū aperuiſſe? Hec profecto neq; uera ſūt neq; ueriſimilia. Sed de huiōi ſcriptiſ q̄lia ſūt Cheree & Soſyli ſatiſ: non tam enim hiſtorie q̄ fabule anicularum uidentur: & iſ ſimileſ que in conſtriniſ memorari ſolent. Romani nuntio capti Sagunti ſociorumq; indigne peremptorum accepto: extemplo legatoſ Carthaginem mittunt: duo denunciaturoſ: quorum alterꝝ ignominiam pariter ac detrimentum allaturum Carthaginenſibuſ uidebatur: alterum uero in ſummum diſcrimen imperium eorum adducturum. Petebant enim ut uel Annibalem in penam rupti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

federis Senatui traderent uel bellū sibi a populo Romano idictū
scirent. Legati postq̄ Cartaginem uenerūt datusq; eis est Senatus
non sine Cartaginensium indignatione iussa patrum exposuere.
Quo peracto Cartaginenses elegerunt anum qui de iure suorum
dissereret. Is primo fedus Asdrubalis ueluti nunq̄ cum Romanis
ictum preterire: deinde etiam si ictum fuerat: non teneri eo Car/
taginēses asserere: q̄ absq; auctoritate Senatus & populi iussu ab
Asdrubale priuato arbitrio ictum extitisset. Ad id adducere Ro/
manoꝝ exemplum q̄ fedus a lutatio cōsule in Sicilia ictum quia
id sine auctoritate populi Romani factum erat infringi debere
iudicauerint. Deniq; in hoc uno federe per totā orationē īsistere:
id sepius lectitare: in eo nullam de libero factā esse mentionem
asserere: sed tantūmodo de socius utriusq; populi caueri: hoc uero
ad Saguntinos nihil attinere quippe q tēpore icti federis nondū
erant socii Romanoꝝ. Legati eā de iure federū disceptationē ut
alienā a dignitate populi Romani atroci oratione respuerūt: di/
centes eam facile tollerari posse si res Saguntinoꝝ integra foret.
Nūc uero excisa Sagūto uiolatisq; iniquissīe federibus uel patra/
torem sceleris Romanis dedant: quo manifestum omnibus sit Sa/
guntum publico Cartaginensium cōsilio minime oppugnatū: uel si
id nolint consilioq; eoꝝ expugnatā urbem fateantur: se ad bellū
parent. Hic sermonū finis fuit. Verum nobis quidem necessariū
uisum est haud tacitā hanc partē preterire ne uel eos qui i rebus
gerendis uersant quoꝝq; interest hec exactissime considerare in
rebus maxime necessariis lateat ueritas: uel discendi cupidi inscicia
atq; errore scribentiū decepti labantur ignoratis federibus que ab
initio primi belli punici usq; in nostram etatem inter Romanos ac
Cartaginenses icta sunt. Primū igitur fedus inter utrūq; populum
initum est statim post electū urbe regū nomen. L. Iunio Bruto
& M. Valerio consulibus. Sub quibus etiam Ioui capitolino tē/
plum dicatū duo de triginta annis ante p̄mam xerxis in greciam
transfretationē. Quod quāto diligentius fieri potuit interpretati
sumus. Tanta enī facta ē mutatio Romane ligue ab ea tēpestate
i hodiernum diem: ut etiā qui ātiquitatis peritissimi sūt: pleraq; nō
nisi difficiliter intelligant. In federe igitē hec fere cōtinentē. Ami/
citia esto populo romano Cartaginēsiq;: itē Romanoꝝ Cartagi/
nēsiūq; socius: Romani socii ne Romāoꝝ ultra p̄mūtorium pulchri
non nauigando nisi uel uitempestatis uel hostili īpetu coacti. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quis ob huiusmodi causas eo applicuerit: nihil emito nihil ue sumito
nisi quantum ad sacra uel ad nauigia opus sit. Intra diē quintū in
abito. Iis qui mercimonii gratia aduenerit imunitas esto pter scri/
bam & preconē. Quotcunq; pfectibus his in africa uel Sardinia ue/
nū ierit de his publica fides esto. Si qs romānoꝝ i Sicilia uenerit
ubi cartaginēses imperent equa oia suto. Cartaginēses iniuriā nō
iferūto Ardeatibus attiatibus aricinis circeis taratinēsibus aliis ue
latinis quotcunq; imperio Populi Romani parēt. Si qua ciuitas
non pareat aliena esto. Si Cartaginēses ceperit populo Romāo
integra reddūto. pfidiū in latio nullū edificato. si p duelles puitiā
ingressi fuerit non pnoctato. Huiusmodi fere pmū fedus fuit.
Promūtorium uero pulchri Cartaginis adiacens ad aquilonē uer/
git. Vltra hoc meridiē uersus nauigare Romanos: Cartaginēses
nō pmiserūt: ea causa ut mihi quidē uidetur: ne in eorū notitiā ue/
nirēt loca syrtibus ppinqua: que illi propter fertilitatem regionis
ēporia appellāt. Si quis uero ꝯ tēpestatis uel impetu hostiū huius/
modi locis applicuisset nihil sumere licebat pter ea tātummodo que
uel ad instaurandas naues uel ad sacrificia opus forēt. Ceteris prsus
abstinebāt: atq; intra quintū diē inde abire cogebāt. Cartaginem
uero & ad cetera africe loca que cis pmūtoriū erant itē in Sardi/
niā: atq; Siciliā ubi Cartaginēses iperabāt nauigare mercimonii
gratia licebat: dataq; iis a Cartaginēsibus de seruādo iure publica
fides erat. Verū in hoc quidē fedre Cartaginēses uidēt de Sardi/
nia atq; Africa ut de ppriis puincis sermonē facere: de Sicilia autē
longe secus: addūt enī in eā Sicilie ptem ubi Cartaginēses iperēt.
Eodē modo Romāi de latio fedus ineūt: de reliq uero italia nulla
faciunt mētionē: quod nō dū sub iperio foret ipsoꝝ. Post hec
aliud fedus initū est in quo additi sūt tyrii & uticēses Cuius federis
uerba hec fuere. Amicicia esto populo Romāo sociis q: & Carta/
ginēsibus tyrus atq; uticensibus eoꝝq; sociis. Romani socii ue ro/
manoꝝ ultra promūtoriū pulchri nec pde nec mercature gratia
nauiganto. Si quod opidū i latio Cartaginēses ceperit quod po/
pulo Romano nō sit subiectū pdā omnē ipi habēto: oppidum
Romanis reddūto. Si q captiui abducti fuerit ex libero populo
qui cū fedus populo Romāo sit: i portū populi Ro. nō adducito
Si quis adductus fuerit atq; a Romanis dephēdat dimittito. Idē
Romani i locis ubi Cartaginēses ipant facitō. Si aquā uel cōme/
atū sumpserit Romanus iniuriā nō inferto quibus amicicia fedusue

montoriū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

cũ Cartagiñsibus fuerit. Si fecerit publica iniuria esto. In Sardinia atq; africa nulli Romanoꝝ sociorũ ue negociãtor. ne ue oppidũ possidẽto: nihil emũto p̃ter res ad sacra & ad nauigia necessarias. Si q̃s naues eo tẽpestas detulerit ĩtra quĩtũ diẽ abeũto. In Sicilia ubi Cartagiñses ĩperẽt itẽ Cartagini: Romani oĩa faciũto nego/ciãtorq;: que facere negociariq; ciuibus Cartaginẽsibus licet. Idẽ Rome Cartaginẽsibus ius esto. In hoc quoq; federe Cartaginẽses Sardiniã qdẽ atq; africã suas ꝓrsus ostẽdere uidenẽ: Sicilie uero dũtaxat eã partẽ que ip̃oꝝ impio peat. A Romanis etiã cautũ ne Cartaginẽses iniurias ĩferãt ardeatibus ãtiatibus circeiis tarracinẽ/sibus ceterisq; latii ciuitatibus. De reliqua uero italia nulla mẽtio facta ẽ. Posthec tertiũ fedus ĩter Romanos ac Cartaginẽses ictũ ẽ tpe quo Pyrrus Epirotaꝝ rex ĩ italiã traiecit añ ĩiciũ p̃mi belli punici. In eo federe eadẽ que ĩ supioribus cõp̃hẽdũt: deiñ adiiciũt hec: Si cũ Pyrro fedus ꝑcusserit curato uterq; populus ut auxi/liũ ferre alterutri liceat iis qbus bellũ ĩferet. Si Cartaginẽses socii ue auxiliũ Romãoꝝ ĩplorabũt nauigia p̃bẽto ad trauciẽdũ belli/gerãdũq;: Si Romani socii ue Romanoꝝ postulabũt: mari Car/taginẽses opitulãtor: In terrã uero ut descẽdãt nẽo cõpellito. Suis qsq; stipẽdia soluito. In p̃mo federe iusiurãdũ ita factũ accepimus Primũ Cartaginẽses deos patrios iurati sũt: deiñ Romãi ꝑ lapidẽ secũdũ uetustissimũ ritũ martis qriniq; numĩbus additis iusiurãdũ p̃stiterũt. Ritus uero lapidis fuit huiusmõi. Fecialis sũpto in ma/nibus lapide postq̃ de federe ĩter ptes cõuenerat hec uerba dixit. Si recte ac sine dolo malo hoc fedus atq; hoc iusiurãdum facio: dii mihi cũcta felicia p̃stẽt: Sin aliter aut ago aut cogito: ceteris oĩ/bus saluis ĩ ꝓpriis patriis: ĩ ꝓpriis legibus ĩ ꝓpriis laribus in propriis tẽplis ĩ ꝓpriis sepulchris: solus ego peã ut hic lapis e manibus meis decidet. Nec plura locutus: manu lapidẽ deiecit. Hec cũ ita sĩt: & ĩ hodiernũ diẽ tabulis eneis inscripta cõspiciãt in tẽplo Capitolini iouis ubi ab edilibus diligẽtissime custodiũt: qs nõ magnope admi/ret philinũ historicũ: ñ ꝙ hec ignorauerit (nã multi nostra quoq; etate Romanoꝝ Cartaginẽsiũq; ãtiquissimi: quiq; huiusmõi rerũ studiosissimi sẽp fuerunt hee ignorãt:) Sed ꝙ his plane contraria scribere fuerit ausus. Cõtineri enĩ ĩ federibus ait ut Romãi omĩ Sicilia Cartaginẽses uero omni italia abstinerẽt: Idcircoq; romãos in p̃ma trãsfretatiõe in Siciliã fedus ac iusiurãdũ trãsgressos: cum nihil tale scriptũ extet. Hec enim in secũdo libro apte Philinus scribit que nos breuiter in p̃mo libro commemorata in hunc locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

reseruauīus ut de his ꝑticulatī id dissererēus: rati id uel maxīe ne/
cessariū fore: ne qs errorē Philini secutus a ueritate deflecteret.
Quod si qui transfretationē Romanoꝝ ī Siciliā iō reprehēsione
dignā cēsuerīt: ꝙ Mamertini ab iis ī amiciciā recepti: ꝑsidiūq; non
lōge post ī sūmo discrimine laborātibus missū fuerit: cū paulo añ
Messanā ꝑmo deiñ etiā regiū opulētissimas Sicilie ciuitates cru/
delissīe dirripuissēt: fortasse id nō īmerito fecerīt. Quod uero ꝑter
fedus ac iusiurādū ī Siciliam traiecerīt: nō nisi ignari hominis eēt
asserere: Finito ī Sicilia bello aliud fedus ictū cuius hec fere sum/
ma fuit. Excidere Cartaginēses nō solū oīm Sicilia ueꝝ etiā īsulis
oībus que inter Siciliam atq; italiam forēt. Vtriusq; socios apud
utrūq; populū tutos esse: neutꝝ ī alterius locis īpare aut ullū mūi/
mētū edificare. aut mercēariū militē cōducere alterius socios neutꝝ
ī amicitiā recipe. Cartaginēses duo milia & ducēta talēta ī ānos. x.
pēdere ī pñtia mille: captiuos ꝑterea oīs sñ ꝑtio Romāis reddere.
Rursus cū bellis africāo acriter īfestarēt: Romani īdicto eis bello
ut nouū fedus īirēt coegerūt. ī quo cōtinebat ut Carthaginenses
Sardinia excederēt: stipēdioq; mille & ducēta talēta adderēt. Post
hec oīa ultimū fedus ī hispania cū Asdrubale ictū: ī quo cauebat
ne liceret Cartaginēsibus Hibeꝝ flumē armatis trāsire. Hec sunt
igit federa que īter Romanū ac Cartaginēsē populū īita sūt ab
īitio usq; ad scd̄m bellū punicū qd̄ Annibale Cartaginēsiū duce
gesserūt. Veꝝ enīuero quēadmodū ī trāsfretatiōe Sicilie nō uio/
latū a Romanis iusiurādū ostēdimus: ita posthec ꝑ sūmā īiuriam
īdictū Cartaginēsibus a populo Ro. bellū facile qsq; ꝑspexerit
tū cū fedus de sardinia ꝑcusserūt Siquidē nulla rō eius belli assig/
nari potest. Sed māifeste deꝑhēdit Cartaginēses ꝑter ōniū fedeꝝ
iura īiquitate tꝑm coactos & Sardinia excessisse & auxisse stipē/
dia. Nā qd̄ Romāi dissimulāt se ꝓpterea id facere cōpulsos ꝙ
mercatores suos mari īfestassēt iā añā dissolutū erat captiuis oībus
a Cartaginēsibus sñ ꝑtio restitutis. Quibus de rebus qñ ea que ꝑ/
ticulatī dicēda erāt supiori libro mēorauīus: nūc ad scd̄i belli pu/
nici cās ueīamus: atq; utri populo ascribēde sīt ꝑscrutemur. Car/
taginēses igit reddebāt eas quas supra retulimus cās: Romani ob
īdignationē excisi sagūti nullas ī pñtia referēbāt. he uero sūt que
apud eos & saepe nūero & a multis adduci solēt. Prīo quidē nō
fuit fedus Amilcaris cū Lutatii federe cōꝑandū: ut Cartaginēses
dicere ausi: siqdē ī lutatii federe additū: ita id ratū fore si populus
censuisset: ī federe Asdrubalis nec exceptū tale qcq̄ fuit. Atq ī hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

cautũ ne liceret Cartaginẽsibus hibeꝝ trãsgredi: ĩ illo ut socii utri/
usq; populi tuti forẽt: qbus uerbis nõ ii tm̃ cõp̃hẽsi q tũc essẽt: ad/
ditũ.n.ĩ federe fuisset uel ut neutri liceret nouos socios asciscere: uel
ut nouiter in societatẽ acciti federe nõ cõp̃hẽderẽt̃. hoc uero nẽo
sanę mẽtis affirmarit. Nã p̃terq̃ ꝙ añ id tp̃us obseruatũ sp̃ fuerat
ne q eoꝝ etiã q nouiter ĩ societatẽ recepti erãt iniuria affecerẽt̃:
qs credat duos potentissĩos populos p̃uari se uoluisse libertate uel
recipiendi in amicitiam quos uellent: uel receptos in fidẽ defẽdẽdi?
Eninuero intentionem eorum in federe ineundo hanc in primis
fuisse reor: ut p̃sentes socii tuti forent: nec recipi in societatem ab
alterutro possẽt nouoꝝ uero socioꝝ gratia ꝓuisũ: ne mercenariũ
militẽ cõducere ne ĩpare qcq̃ ĩ alterius ꝓuĩtia liceret: oẽsq; apud
utꝝq; populũ tuti essẽt. Hec cũ ita sit illud quoq; mãifestũ ẽ Sa/
gũtĩos cõpluribus ãnis añ Annibalis etatẽ fidei romãoꝝ cõmẽda/
tos fuisse. Cuius rei uel maximũ argumẽtũ ne a Cartaginẽsibus
qdẽ negari põt: ꝙ Sagũtini orta ĩtra ciuitatẽ seditiõe nõ ad car/
taginẽses quãq̃ finitĩos & iã sũmã ĩ hispãia obtinẽtes sed ad popu/
lũ ro. se uerterũt: quo auctore ciuilis dissẽsio sedata atq; restĩcta ẽ.
Siqs igit̃ excidiũ Sagũti cãm huius belli fuisse dixerit: Idẽ Car/
taginẽses p̃ ĩiuriã bellũ gessisse cũ Romãis fateat̃ necesse ẽ: tũ ex
federe Lutatii ĩ quo cõtĩebat̃: ne qs alterius sociis iniuriã ĩferret:
tũ ex federe cũ Asdrubale icto quo cautũ ne Cartaginẽses hibeꝝ
flumẽ armati trãsirẽt: si uero ꝓpter ablatã Sardiniã auctũq; sti/
pẽdiũ exarsisse eos in id bellũ existĩet: ꝓfecto non ĩmerito id ab
illis factũ uidebit̃: q expectata oportũitate tp̃is ulcisci se uoluerĩt
Sed nõ deerũt fortasse q hec paꝝ cõsiderãtes: me supuacuo cẽseãt
huiusmodi ratiões adeo diligẽter ĩqrere. Ego uero ita sẽtio: Siqs
oĩbus necessariis ita ĩstructus sit ut nulla re extrĩsecus egeat: huic
iocũdã qdẽ nõ tñ fortassis necessariã fore p̃teritaꝝ reꝝ cogniti/
onẽ. Siqs aũt id neq; ĩ p̃uatis neq; ĩ publicis rebus affirmare ausit
cũ hõ sit: ac p̃ñtẽ felicitatẽ ut sũt res humãe fluxe atq; ĩstabiles
labi posse ĩtelligat: nõ mõ iocũdã ueꝝ etiã necessariã reꝝ gestaꝝ
p̃itiã dixerĩ. Eteni quo pacto qspiã uel illata sibi aut patrie ĩiu/
ria socios atq; adiutores ad eã ꝓpulsãdã ĩuenerit: uel nouis rebus
studẽs alios ĩsnĩam suã traxerit: uel ꝓspere cedẽtibus cũctis suoꝝ
aĩos recte cõfirmauerit: nisi ut sĩgula queq; a maioribus nostris
gesta sĩt cognitũ p̃spectũq; habuerit. Ita.n.ĩ rebus p̃ñtibus p̃atus
sp̃ atq; ĩstructus ea loq atq; agere poterit: qbus & cõsilia cũctoꝝ
ĩtelligãt̃: & ueritas oĩbus patefiat: p̃terite qppę res optĩa gerẽdaꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

rerꝫ documēta sūt facileq; nobis ostēdūt uniuscuiusq; rōes cōsilia machinas: qd nobis gratiā opē bñficiū parere possit: qd quēq; ad/uersus nos mouere: qd ad misericordiā qd ad īdignationē quid ad iustitiā atq; eqtatē īpellere: que oīa & publice & p̄uatī plurimū ī uita mortaliū momēti habēt. Quapp̄ter ego qdē ita cēseo scrip/tores historiarꝫ eosq; q ī earꝫ lectiōe uersāt̄ nō tā res gestas q̄ qd eas seq̄t̄ atq; añcedat āimaduertere oportere. Nā siqs ex historia tollat qd quō cuius gratia actū sit: q finis fuerit: qd̄ superit ueluti cōtētio quedā nō doctrīa erit. Et ī pñtia qdē iocūditatis fortasse aliqd: ī posterꝫ uero nullā p̄rsus ad uitā humanā utilitatē afferet Atenī dicēt aliq nec facile haberi huiusmodi historia nec ullo mō p̄spici atq; uideri poterit ob multitudinē magnitudinemq; librorꝫ. uerꝫ hi qdē ignorāt q̄nto facilius sit habere atq; p̄discere q̄dragīta libros recte ī ordinē digestos ubi res italie sicilie affrice a trāsfre/tatiōe pyrri ī Italiā: usq; ad captiuitatē Cartaginis ceterarꝫ uero orbis p̄tiū a fuga Cleomēis usq; ad bellū Romāorꝫ cū acheis iuxta isthmū cōp̄hēse sīt: q̄ tot p̄ticulariū historiarꝫ uolūina uel tenere uel legere? Nā p̄terq̄ ꝙ & nūero & magnitudīe librorꝫ nostra su/perāt: difficile ē qcq̄ apud eos certi cōp̄hēdere: prīo ꝙ nō idē oēs de iisdē rebus scribūt: tū ꝙ res simul gestas p̄tereunt: que si inuicē cōferāt̄: lōge clarius discerni ueritas pōt: dēiq; ꝙ id qd̄ maxīe p/p̄ū ē historie ne attīgere qdē pñt: hoc ē ea que res gestas p̄cesserūt queq; sequuta sūt: & p̄sertim que ad cās attinēt. nos aūt ita bellū ātiochi cōsiderāus ut a philippico cām sūpsit: philippicū ut a pūico pūicū ut a silico ubi q; cūq; īterea rerꝫ sūt gesta & ad idē caput re/ferri pñt diligētissīe: rīāurq; oīa apud eū qdē q ūiuersalē historiā scribat facile ītelligere licet: apud eos uero p̄ticularibus bellis disse/rūt utputa p̄sico aut Philippico: īpossibile: nisi forte aliqs ex uno certamīe totius belli sūmā se putet posse ītelligere. qd̄ fieri non pōt. Itaq; q̄nto p̄stat didicisse aliqd p̄fecte q̄ id tātūmō audiuisse: tāto historia nostra p̄ticularibus bellorꝫ descriptionibus p̄stātior existimāda ē. ceterꝫ ut ad id unde ī hoc diuerticulū excessi reuer/tar: Legati rōanorꝫ ubi tergiuersantes penos anīaduertere nullū āplius uerbū fecerūt: sed q īter eos natu grādior erat sinū e toga factū senatui ostēdēs: hic īqt uobis bellū pacēq; portamus: Vtrū placet sūmite: sub hāc uocē nō mīus ferociter daret utꝫ uellet sub/clamatū ē: cūq; is excusso ī media curia toge gremio nō sñ horrore q̄si plāe id ī sinu ferret bellū se effūdere dixisset: accipe se alacri uultu oēs respōderūt. Interea Annibal Cartagini noue ī hibernis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

adepturos: aut si id infesta Carthaginensiū rebus fortuna neget: in acie fortiter morituros. Victis spem ullam salutis repositam haud quaq̃m putandum esse. Si eo animo in prelium descenderint proculdubio & victoriam & salutem consecuturos. Quippe nemi/nem unquam ea mente: uel sponte uel impulsum necessitate pu/gnasse: qui victoriā ab hostibus reportarit. Id uero tum maxime facile factu fore: cum hec ipsa hostibus contraria eueniunt: Vti nunc Romanis accidit: Quibus non parua spes est rebus haud prospere gestis: suo agro suaq; terra per tuta ac pacata itinera fugiendi. His adhortationibus cum militum animi ad cer/tamen accensi essent: & comparatio Ducis grata omnibus fuisset: Hannibal laudatos in presentia milites dimittit: Et ut sequen/ti die cum prima luce omnes adsint: iubet. At. P. Scipio consul cum iam traiecto Pado castra ad Ticinum amnem mouisset: quos ad opus faciendum aptos norat: construere pontem iubet. Reliquos in contionem aduocatos pro tempore hortatur. Mul/ta pricipio locutus est de maiestate populi Romani: ac maiorum suorum rebus gestis: sed que in presens tempus attinebant ferme hec fuere. Oportere eos inquit etiam si nullam in presentia cum hostibus uirtutis experientiam fecissent: tamen hoc ipso quod cum Carthaginensibus bellaturi forent spem uictorie certam habere: neq; putare ausuros illos cum Romanis congredi: a quibus toti/ens priori bello terra mariq; superati fuerant: Quibus tanto tem/pore tributa pependerant: Quorum imperium tot annis fuerant experti. Iam uero quandoquidem presentium etiam uirorum periculum fecissent: eos ne inspicere quidem ora Romanorum ausuros: quid in posterum sperandum foret omnes cernere. Sane Romanos equites cum nuper in Gallia cis Rhodanum Carthagi/nensiū equitibus obuiassent: non solū discessisse incolumes: uerum etiam hostes turpi fuge commissos usq; in castra persecutos esse: Hannibalem omnemq; Carthaginēsium exercitum simul ac Ro/manorum presentiam cognouerunt in modum fugientium raptim discessisse: & secus q̃ statuerant trementes pauidosq; per alpes fecisse iter. Atqui adesse nunc Hannibalem duabus partibus equitum pe/ditumq; in transitu alpium āmissis: Residuum adeo labore fame frigore squalore cōtusos ac debilitatos ut uix sustinere se possēt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Eodē mō equos quoq; magna ex parte āmissos: si qui superfuerāt labore aq; itinere confectos penitus inutiles esse. proinde satis fore Romanis si se tantum hostibus ostendant: quietiā audatiores sua presentia fieri non immerito debere: qui neq; classem & cōmissas sibi res hispanicas reliqsset: neq; tāta celeritate tāto moris terraq; circuitu eo se cōtulisset: nisi & patrie perneccssariū id fore: & uictoriam sibi indubie partam intellexisset. Hac oratione excitatis militū animis: cum se omnes ad prelium alacri animo paratos ostenderēt. Scipio solertiam: ac prumptitudinem eorum laudans dimittit hortatus ut corpora curarēt. & simul ac uocarentē presto cum armis essent. Postridie eius diei uterq; dux per ripā fluminis ad partem alpium cum exercitu procedit: Romani amnē ad leuā habebant: ad dexterā Carthaginēsis. Cum uero in sequēti die p exploratores. proximos esse exercitus cognouissēt utrunq; agmē cōstitit. Tertio die ambo imperatores cum omni equitatu Scipio etiam cum iaculatoribus aduersū se proficiscūtē: quo ex propinquo copias quante & cuius generis essent specularentē. Simulac uero appropinquare iuicē ceperunt: & ex incessu tot hominū equorūq; ingens in altum puluis euectus repēte prelio se expediunt. Scipio ioculatores & gallos equites in fronte locat: reliquos in subsidiis disponit. Hānibal uero firematos equites in medium accipit: utrunq; cornu numidis firmat. Ita cum exercitus uterque alacri animo preliū inire cepisset uix sublato clamore. iaculatores ne uno quidē emisso telo fugiunt: & inter subsidia ad secūdam peruenīūt aciem. Inde equitum certamen erat: utrinq; magnis animis agebatē. pugna aliquandiu āncepsi extitit erant equitibus interēpti pedites militis uel equo lapsi: uel inter ea tandum ubi suos primi circumuentos uiderant ex equis desiliētibus. Inter hec numide perio circuitu a tergo egrediūtur: iaculatores q primicio impetum equitū effugerant. nunc a numidis undiq; circunuenti fūdūtē pternūtēq; cateruatim. Ii quoque qui in prima acie aduersus Carthaginēses dimicabant: multis ex suis: pluribus e Carthaginensium numero interfectis. Tandem occursantibus a tergo numidis referūt gressū plerique eorum passim fugiunt. Alii uulneratū consulem in mediū agminis accipientes confertis equitibus se reducunt in castra. Hinc confestim Scipio iussis militibus silentio insequi: castra ad pontem quē supra padū fecerat ducit ut sin tumultu atq; piculo trauiceret copias. Nam cum cerneret campos qui circa padum sunt patentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

latosq; esse: penum longe equitatu meliorem: se uero uulnere qđ acceperat grauatũ: tutius fore existimauit: si exercitum omnem antequam hostis insequeretur traduceret. Hannibal aliquamdiu pugnare Romanos cũ pedestribus copiis duxerat. Vbi uero eos relictis castris ad ripam padi ubi pontẽ parauerat fugisse animad/uertit: haud segniter insecutus est. Extrema pontis iam resoluta erant custodes uero loci adhuc in ripa morabantur: his numero circiter sexcentis ex templo captis Hãnibal cum reliquã multitu/dinem longius processisse intelligeret: conuersus rursum in castra rediit mature perquirens locum qui faciendo ponti aptus uideret. Quo uix post biduum comperto iũgẽdo ratẽ flumini pontẽ facit. Tũ traiiciendi exercitus curam Asdrubali tradit. Ipse interea dat operam audiendis gallorũ legatiõibusque uarie e locis propinquis ad eũ confluxerant. Quippe simulat uulgari fama cepit fusos a Carthaginensibus Romanos: propinqui om̃es galli secuti ab ĩitio statuerant iungere se Hannibali maturabant Quos penus hũane amplexus traiectis omnibus copiis per ripam fluminis aduerso quẽ ãtea itinere ꝓcedit spãs se per hũc modũ facilius iungi cũ hostibus posse. Scipio placẽtiã: ea erat romanorũ colonia traductis copiis simul curandis uulneratorum corporibus intendere: simul quo loco traduci exercitus posset cogitare. Hannibal tertio postquam padũ traiecerat die sex milia passuũ a placentia castra cõmuniuit & in conspectu hostium directa acie potestatem pugnandi fecit Auxiliatores galli qui cum Scipione erant potiores Carthagi/nensium spes cernentes statuto inter se tempore defectiõis consiliũ iniuut & nocte intempesta cũ omnes sopore detẽtos aĩaduertissẽt in suis quisque tẽtoriis armati ubi prestitutũ tẽpus aduenit: exiũt: obuiosq; sibi Romanos magna ex parte cedunt: reliquos obtrũcãt ad extremum cesorum ceruicibus abscissis Carthaginenses addeũt numero ad duo milia peditũ: equites fere ducenti. Quos Hãnibal benigne susceptos & spe ingentium donorũ accensos in suas quẽq; ciuitates dimisit: quo res hactenus gestas indicarent suosq; ad so/cietatem cum Carthaginensibus in eũdem hortarentur. Videbat enĩ iam pone oĩbus necessario fore defectiõem tãto a suis ciuibus facinore in Romanos patrato. Ad hec boiorũ & legati aduenerãt dedentes Hannibali triumuiros: quos a Romanis ad diuidendos agros missos ab his per scelus captos supra memorauimus Hãnibal eorum beniuolentia laudata dat simul accipitq; societatis actus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

amicitie fidem: triũuiros restituit: ut per eos secuti statuerãt suos recipere obsides ualerent. Scipio non tam proditione supradictoꝝ gallorũ ac militum suorũ cede turbatus quã qđ ex eo defectiõem totius gallice gentis iam diu populo Romano infense secuturam augurabatur: consulendum rebus suis oportune iudicauit. Igitur quarta uigilia insequentis noctis tacito agmine ad trebiam amnẽ eminentioresq; eo in loco colles castra mouet: fretus tũ loci situ tũ frequentibus circa fluuium habitantibus sociis. Hãnibal cognita hostium fuga primo numidas. deinde etiã equitatum omnẽ insequi iubet. Nec lõge post ipse cum reliquis copiis sequitur. Numide in uacua Romana castra statim diuertẽtes cuncta igni absumunt que res nõ parũ Romanis profuit. Nã si continue dimissis castris secuti nouissimũ agmẽ fuissẽt: magna Romani exercitus clades erat futura. Nunc dum incendendis castris tempus terũt: milites magna ex parte trebiam incolumes transgressi: pauci moratorũ intercepti a Carthaginensibus partim cesi sũt: partim uiui in potestatem hostiũ uenere. Scipio ꝓpinquos flumini colles q̃ statuis tutissimi uidebant delegit: quibus uallo fossaq; diligenter munitis anxie collegam ex Sicilia cum copiis expectabat. & uulneri quo maiore studio poterat medebatur: ut imminenti periculo rerum gerẽdarũ particeps belli fieri posset. Hãnibal prope castra hostiũ ad quinque milia passuum concedit uicinis gallis abunde nõ solũ cõmeatũ: uerũ etiã cetera necessaria subministrantibus & pericula quecũque cum Carthaginensibus subire paratis. Iã fama ꝓfligati Romani exercitus peruenerat Romam. Quod quanquã preter spem omnium acciderat: ob id tamẽ haud minori spe esse populus uidebatur. Dissimulabatq; equites Romanos non tamuitibus a Carthaginensibus uictos quã uel temeritate ducis uel gallorũ qui ad Hannibalẽ transfugerant pditione. Deniq; integris pedestribus copiis spes quoque suas de rebus omnibus integras esse rebantur: Quamobrem reuerso in Italiam Tito Sempronio. ac per urbẽ Romam transeunte omnem cum palam ad suscipiendum cũ Carthaginensibus prelium hortati fuere Sẽpronius Ariminũ pfectus copias omnes que ibi uti fuerat iussũ ex Sicilia conuenerãt accipit Inde facto ad Trebiam itinere cum collega coniungitur. Hic exercitum longo labore itineris fessũ ut qui e lilybeo quadragẽta continuis diebus pedestri itinere Ariminum peruenerat reficit: necessaria ad prelium cõpessendum omni studio parat. Ipse anxie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Scipioni assistit distendo que hactenus acta essent: qd postea a/
gendū foret: consulendo. Per idem tempus Hannibal Clastidium
oppidum quo magnum frumenti numerum congesserant Romāi
per insidias capit: Brundusino prefecto presidii pecunia corupto
Vbi militibus qui presidio preerant frumentoq; omni potitus hoc
quidem in presentem necessitatē utitur: Illos uero secū incolumes
ducit: ut fama clementie uulgata ceteri se i posterū liberius Car/
thaginēsibus dederūt. Proditorēquoq; sūmis hōribus affecit Post
hec cum cōperisset gallos qui parū id quod inter Trebeā padūq;
agri ē incolebāt. secū societate iunctos missis ad duces Romanoꝝ
legatis ab his quoque amicitiam petisse. ut in duorum potentum
populorum certamine per ambiguum fauorem utriusq; gratiam
sibi cōciliarent: ira simulatq; indignatione percitus duo milia pe/
ditum & circiter mille equites numidas galloscq; inter se mixtos
grassari per eorum agrum populabundos iubet Quibus peractis
ingentiq; abacta preda galli e uestigio missis ad consules legatis
orant auxilium. Sempronius qui iam diu causam conserendi pli
dari sibi cupiebat eam tunc occasionem nactus magnam partem
equitatus sui mille peditum iaculatoribus admixtis trans Trebiam
mittit. Hi gallos incompositos inopinatosq; adorti: quippe de diui/
sione predeortum inter eos certamen erat: ingentem terrorem
sedemque ac fugam usque ad castra hostium fecere. Vnde effusa
confestim eorum qui castris dreerant multitudine & instauratis
gallorum uiribus dare terga coacti reuertebātur in castra. Quod
cernens Sempronius equitatu omni ac iaculatoribus in subsidium
suorum omissis & rursus cedere gallos & intutum se recipere coegit
Hannibal & si continue erat ad dimicandum promptus: nō tamē
quacūq; etiam leui occasione sumpta sine maturiori consilio desce/
dendum in prelium arbitrabatur quāobrem prudentissimi ducis
officio functus: receptui canere iussit: suosq; in presentia intra
uallum continuit Romani quoq; aliquamdiu ne quicq̄m lacessitis
hostibus in castra redire: paucis ex suis āmissis: Cartaginensium
uero q̄plurimis trucidatis. At Sempronius re ꝓspere gesta hilaris
atq; elatus animo de summa totius rei simul decernere cupiebat:
occasione maxime uertende in se unum glorie: dū egercollega erat
Igitur consilium suum Scipioni aperit. Illi non dū agende rei tps
uidebatur: uerum differendum censebat esse prelium ut nouus ro/
manus miles interea exercitatior fieret: ut galli protractis lōgius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

rebuſ ut eſt genſ leuiſ atq; infida a Carthaginenſibuſ defecerunt
deniq; ut ipſe quem modo uulnuſ inutilem faciebat ſtereſſe poſſit
Sempronius & ſi uera loqui Scipionem intelligebat: tamen ābitiõe
ſtimulatuſ: ne uel ille interſſet uel bellũ in nouoſ conſuleſ: erat enī
comitiorum tempuſ: differretur: omnino ſoluſ cõmittere prelium
decreuit. Hānibal: erat enim eiſdem cuiuſ Scipio ſentẽtie ītẽtuſ
ſolicituſq; occaſionem prelii querebat: dum fideſ gallorum integra
foret: dum tiro hoſtium miles: dũ melior ex ducibuſ uulnere iutiliſ
dũ ſuuſ exercituſ reſ gerendaſ recenſ. Nihil tantopere uerituſ quã
ne pugnã detractãtibuſ hoſtibuſ ipſe terere cogeretur. Hec īuria.
nam ducenti per alienam patriam exercitũ. & magnaſ reſ molīẽti
unuſ moduſ ſalutiſ eſt ſocioſ in fide retinere. Cum igitur Sempnii
deſiderium animaduerteret: auide ſe ad pugnam parabat: erat in
medio duoꝝ exercituum locuſ quidam planuſ atq; campeſtriſ: ſed
ad ſtruendaſ inſidiaſ aptiſſimuſ. Habebat enī pre altum riuũ utrīq;
clauſum ripiſ: & circa uirgultiſ uepribuſq; obſitum. Eum cum primũ
circumuectuſ Hannibal oculiſ perluſtrauit: tendere hoſti inſidiaſ
ſtatuit. Enimuero Romani ſiluaſ ob frequenteſ in iſ regionibuſ
gallorum inſidiaſ ſuſpectaſ habebant campeſtribuſ tantum atque
apertiſ locīſ freti. Ignorabant ſane planitiẽ ad tegẽdoſ tũtandoſq;
inſidiatoreſ interdum ſiluiſ oportuniorem eſſe. Siquidem & de lõge
proſpicere aduenienteſ hoſteſ licet: & latebraſ interim neceſſariaſ
habet. Nã & inuentuſ riuuſ cũ breuibuſ ripiſ: & calami: & herbe
paluſtreſ: & uepreſ aliaq; huiuſmodi multa non ſolũ peditẽ tegere
uerũ & etiã eqtẽ ſepe numero poſſũt: ſi quiſ fulgentia magiſ arma
parũper ſupina ponant: & galeaſ aut in iſ eminenteſ criſtaſ capiti
detractaſ contegat. Hānibal igitur predicto quibuſ uidebat̃ fu-
turo certamine cũ omniſ alacreſ reperiſſet: cenantibuſ ceteriſ mili-
tibuſ uocari ad ſe facit Maginem fratrem ſingulari uirtuti atque
audatia iuuenem: & ab ineunte euo in rebuſ bellicīſ educatũ. huic
addit equiteſ centum & totidem peditеſ ex omni exercitu electoſ
quoſ ſimul ac refecti cena eſſent ad tentorium uocatoſ p tempore
hortatur: & quid facere eoſ uelit oſtendit. iubet preterea ut ſiguli
nouenoſ ſibi ex turmiſ manipuliſque ſimileſ ſui elegat & ad certum
ſocũ caſtrorũ omneſ conueniãt. Hi ſedulo mãdata ducīſ peregere
Ita mago cum mille equitibuſ ac totidem peditibuſ accepto itineriſ
duce: & ab Hannibale quid agendum foret edoctuſ: ad inſidiarũ
locũ peruenit. Hānibal prima luce numidaſ equiteſ laboriſ appme

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

patientes uocari ad se iubet: quibus pro tempore adhortatis: oblatisq; si fortiter fecissent muneribus consilium aperit: transgressos Trebiam flumen obequitare iubet hostium portis: iaculandoque lacessere ad pugnam hostem: cupiens eum imparatum improuidumq; & quod plurimi faciebat non dum pransu aggredi. Ceteris deinde ducibus similiter ad prelium hortatis preceptum: ut prandere omnis suos iuberet: armisq; atq; equis instructos prelii signu expectare: Sempronius simulat appropinquare hostes aspexit primum omne equitatu deinde sexmilia iaculatorum: postremo omnes copias i hostem eduxit ueluti de omni re uno tempore certaturus: ut q & multitudine copiaq; & pridie initi certaminis felici exitu fretus uictoria sperabat Romanorum fore. Erat tu forte brume tempus. & niualis ac prefrigidus dies ad hec tumultuarie eductus militibus atq; egis: nullo capto ante cibo parum caloris inerat. Itaque milites Romani qui principio prompti atq; alacres erant ubi flumen igressi ob auctam nocturno imbri aquam pectoribus tenus madidi extiuere usq; adeo rigore primo deinde procedente iam die fame affligi ceperunt & uix tenendorum armorum potentia militibus foret Carthagenenses interim ignibus ante tentoria factis uncti: ciboq; per ocium refecti: instructos paratosq; equos habentes mandatum ducis expectabant. Hannibal uero ad omnia intentus & peruigil ubi transgressos flume respexit hostes locatis ante signa balearibus ac leuis armature militibus numero forme octo milibus copias in aciem educit: pregressusq; a castris circiter mille passus peditis q numero ad uigiti milia inter hispanos atq; afros mixtis gallis erant in cornibus circumfundit: equites etiam in utrumq; cornu distribuit: ii cum socius quos ppique gallie ciuitates miserant ultra decem milia erant. Hic elephanti a cornibus i utramq; partem constituti. Tum Sempronius signo receptui dato equites reuocat: ne incaute persequentes a resistentibus subito numidis exciperentur. Est enim hic numidarum mos ut primo stati congressu dantes terga passim fugiant: mox uero ubi uisum fuerit sistant rursus hostemq; incredibili audatia ac robore aggrediantur: hinc pedites secundum Romanorum morem disponit: hi ex Romanis quidem circiter sexdecim milia: ex socius uero latini nominis ad uigiti milia erant. Quippe perfectus apud eos numerus copiarum ubi de suma rerum agebat: conueniebantq; simul duo consules: ex tot militibus constabat post hec ad tria milia equitum in utroq; ponit cornu. His ita dispositis in hostem graui ac pene imota acie ferebat. Iam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uero apropinquatis inuicē exercitibus leuis armature milites īierāt prelium. Quo facto extemplo Romani multis modis premi cepere. Carthaginēsibus uero om̄ia secūda prosperaq; succedere. Quippe peditibus Romanis ieiuna fessaq; corpa & rigentia gelu torpebāt preterea multitudine iaculatorū a numidis coniecta obruebant. Id equites quoq; cum uniuerso exercitu patiebatur. Contra Cartha/ginenses integris uiribus: ut q paulo añ curatis corporibus recētes nouiq; erant in credibili robore pugne insistebant. Itaq; cū p̄mum facto interuallo grauiores armature milites concurrere inuicem cepere: Carthaginensiū equites ex utroq; cornu ruentes fūdūt passī prosternuntq; hostem. Nā & numero equitū inferior Romanus erat & uires militibus ob laborem mediamque defecerant. Iamque uersis in fugam equitibus pedites animis magis q̄m uiribus pares resistebant: Cum numide quorum latebras improuida preterlata acies erat exorti a tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamē tot undiq; circunstantibus malis immota aliquamdiu acies mansit. Tandem uero cum utrunque cornu premeretur a fronte quidem ab elephantis in urbē uero a leuis armature militibus uer/terunt se in fugā ad propinquū flumen directo cursu. Quo facto Romani qui in medio pugnabant ut fusa auxilia sua uiderūt ꝑtī ab iis qui in latebris fuerant circunuenti cesi profligatiq; sunt. alii media gallorum acie ubi afri quoq; permulti erant cum īgēti cede hostiū prerupere. Et cū neq; suis subsidiū ferre neq; ī castra reuerti possēt: tum multitudine hostilium equitum: tum fluminis atq; ībris magnitudine impediti: placentiam conferto agmine contēderunt numero ad decē milia hominū: reliqui magna ex parte circa flumē ab elephantis equitibusq; oppressi pauci ex peditibus equitibusq;: q passim fugiendo sparsi per agros erant uestigia agminis secuti Pla/centiam perrexere. Pene usq; ad flumen Trebiam hostes ꝑsecuti cum magnitudine imbrium progredi ulterius nequirent: in castra redire: uictoria quidem leti: quod pauci ex afris hispanisq;: plurimi ex gallis ꝑierāt: sed usq; adeo ībre & ītollerabili ui frigoris afflicti ut elephāti omnes uno excepto iumenta magna ex parte: hominū quoq; atq; equoꝝ ingens numerus perierit. His ꝑtractis Sē ꝓnius tegere apud populum Romanam tātā cladē cupiens: misit Romā qui nūtiarēt uictoriā sibi emanibus imbris magnitudinē sustulisse. Id statim Romani credidere. Interiectis uero diebus ubi comptū ē teneri a Carthagenēsibus suoꝝ castra: gallosq; om̄is ad eos defecisse:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Romanis copias quod non satis tute in castris uiderentur: menibus
contineri: cómeatúq; per padum ex mari querere: Tantus terror
tantaq; admiratio suasit animos: ut iam ad urbem Romã uictorẽ
penum crederent uenturú. Igitur parare nouas copias. auxilia in
Siciliam ac Sardiniam mittere: tarentum & cetera italie oppida
munire: quinquaginta quinqueremium classem edificare: omni de/
nique studio ad bellum intenti esse. Per id tempus. CN. Seruilius
& C. Flaminius consules creati: nouo delectu habito: exercitisq;
sociorum auxiliis: aliter ariminum: aliter in tusciã conuenire suos
iubet: in iis locis in galliam decreuerãt copias traducere. Preter hec
legati ad Hieronem qui presidium peterent: missi. Hiero quin/
gentos cretẽses & mille scutatos ad eos misit. Tú qcquid R óanorú
uiriú erat aduersus Hãnibalẽ parabatur. Nec publice tãtum: sed
priuatim quoq; terror omnium animos occuparat. Dú hec í Italia
gerúntur. CN. Cornelius quem a fratre cum classe in gallia relictú
supra memorauimus: ab hostio rhodani pfectus Hẽporiis appulit
orsusq; inde usq; ad Hiberum flumen maritimam omnẽ oram pti
renouádis societatibus: partí nouis institutis dis ditionis populi Ro/
mani fecit. Post hec maritimis rebus cópositis: & ubi erat necessa/
rium relicto presidio ad mediterrania loca ducit exercitum. tã enim
aliquot auxiliorum cohortes ex sociis ciuitatibus contraxerat.
Vrbes igitur partim deditione: partim uiribus capit. Que intuẽs
Hanno: quem Hannibal ad eius regiónis presidiú reliquerat: obuiã
eúdú hostibus ratus: castra í cóspectu hostiú posuit: iuxta oppidú
quod ciissam incole uocant. Hec Scipioni differendum certamen
uisum. Quãobrem uictoria potitus castrisq; hostium captis: igẽtẽ
pecuniam cepit. Quippe qui cum Hannibale in italia militabant:
suas res omnes: ne grauia impedimẽta ferentibus essent: apud hos
reliquerat: de hic omnes intra hiberú habitantes socios atq; amicos
facit: Duces duo alter Carthaginensium Hanno: alter hispanorú
Andubal uiui capti. Andubal mediterranie regiónis etus tyrannus
erat: semper tamen cum Carthaginensibus sentiens. Hac recõpta
Hasdrubal Hiberum pertrãsgressus exercitú aduersus Romanos
mouit. Eunti nuntiatur milites: naualesq; socios insolẽtia adepte
uictorie securos & negligentes per agros sparsim uagari. Quẽobrẽ
cũ octo milibus peditú & mille equitibus citato gradu eo pfectus
magnã ptẽ eorú cecidit: reliquos recipe se ad naues cõpulit. Nec
diutius his locis pmanere ausus trãs Hiberú redit. Hic diligenter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

disposicis ubi opus erat presidus Carthagini noue in hibernis manse
Cneus Cornelius hoc nuncio accepto: Raptim facto agmine
classem petit: in eos qui causa cladis fuerant iuxta morem patrium
animaduertit. De hinc pedestribus: naualibusq; copis coactis
Taraconē in Hiberna proficiscitur. Illic diuisa inter milites p̄da
omnium benuolentiam sibi conciliat. & ad res futuras p̄mptiores
reddit. Hic erat rerum hispanarū status. Ineunte uere Flaminius
cum exercitu in tuscią profectus paucis diebus Arretium peruenit.
Seruilius uero copis Ariminum traductis motum hostilis exer/
citus operiebatur: Hannibal cum in gallia hiemaret: Romanos
captiuos uinculis custoditos tenebat: uix prebēs necessaria ad uictū
socios autē primo quidē tractauit humane: post uero in contionē
uocatos pluribus uerbis hortatus ē. uenisse se inquiens: nō ut bellum
gallis inferret: sed ut cū Romanis pro libertate eorum pugnaret.
Quamobrem debere eos si sapiāt amicitiam ac societatem cū Car/
thaginēsibus inire: adesse se ut i libertatē Italie populos uendicet:
ut is qui per iniuriā a Romanis domo pulsi essent: patriam ciuita/
tesq; restituat. His atq; aliis hmōi dictis omnes sine pretio dimittit
cupiens per hunc modum simul Italie populos sibi conciliare: simul
alienos a populo Romano facere. tum si qui oppidis aut portibus
priuati a Romanis fuerāt contra eos irritare. Verū enimuero dū
in hibernis ageret: isidus sepe numero a gallis petitus eadē leuitate
qua consenserant crimen indicantibus: punico ingenio se defendat
crimes diuersarum etatum artificiose compositos parari iussit his
assidue mutatis: uarijs etiam uestibus utebatur. adeo ut nō solum
his qui raro eum uiderant sed etiam familiaribus ignotus esset. Ita
demum omnibus quem pro hannibale peterent ignaris tutus erat.
Ad hec egre ferentibus gallis terras suas sedem belli esse: ob id que
uti exercitus in alienum agrum transferretur cupidos se certami/
nis ostendentibus: maturius mouendum ex hibernis iudicauit. Iam
uer appetebat: cum uocatis qui docti itinerum erant uias que in
agrum hostilem tenderent perquirit. cum ceteras & lōgas & notas
hostibus intellexisset: unam que per paludes in tusciam ducerent
tam & si difficilem per breuem tamen cognouit esse: & qua haud
opinantibus hostibus traduci exercitus posset. hāc igitur cū obus
copis ingressus hispanos & afros & quicquid robustioris exercitus
erat primas ire iussit admixtis ipsorum impedimentis: ne alicubi
consistere coactis necessaria ad usus deessent. Nam post id tempus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nulla omnino ípedim̃ta ducere statuerat: ꝙ ítelligeret Carthagi/
nẽsibus si uincerent om̃ia superuacua fore: si uero cãpos optinerẽt
nihil prorsus defuturum. | Post eos collocauit gallos: nouissimo loco
equites posuit. quibus prefecit Magonem fratrem ob id maxime: ut
gallos si tedio laboris ut sunt molles & effeti referrẽt gradũ: p̃sidio
equitum cohiberent. Hispani igitur atq; afri per ítegras paludis
uoragines preeuntes mediocri labore loci iniquitatem superabant
hoíes iã dudũ huiuscemodi malis assueti. galli uero neq; substinere
se prolapsi: neq; ex uoraginibus assurgere poterãt. dolorẽ laborũ
í experiẽtia maiorẽ faciebat referre gradum in sequentes equites
prohibebãt. Omnes itaq; anxie & soliciti fatigata egre trahebant
corpora. merorem uigilie augebant per q̃triduũ iam & tres noctes
tollerate. Sed inter ceteros galli maxime angebãtur. Iumẽta passi
ꝑ argillã prostrata magna ex parte defecere: utrũ dũtaxat fessis
militibus usum prebẽtes ꝙ iis sarcinisq̃ extarent aqua super ícum/
bentes: per exiguam noctis partem necessarium quieti locũ dabãt.
Equi pleriq; ob continuatum in argilla iter ungues amisere. Ipse
Hannibal Elephanto qui unus superfuerat: quod altius ab aqua
extaret: uectus egre tamen emergebat paludes: presertim morbo
oculorum quẽ ex intemperie aeris contraxerat nõ parũ grauãte
ex quo tãdem cum nec tẽpus nec locus medendi foret: altero oculo
captus est. Superatis ad extremum preter om̃ium opinionẽ palu/
dibus: cũ certũ per exploratores habuisset Flaminiũ circa Arreti
menia eẽ: castra ꝓpter ipsas paludes posuit: ꝑtí ut fessũ tot labori/
bus exercitũ reficeret. partim ut cõsilia & uires hostium & regiõis
situm & itinera scrutaretur. Postq̃ uero compertum habuit eam
regionem in primis Italie fertilem esse: camposq; qui fesulas inter
atq; arretum iacẽt frumẽto & omni copia rerũ opulentos. p̃terea
consulem ferocem quidẽ & popularem: sed rerũ bellicarũ inexptũ
& rebus suis nimis confidentem: cogitauit optimum fore si a leua
relicto hoste fesulas peteret: ac p̃dabũdus ꝑ Etrurie agros grassa/
retur: ratus consulem ob insitã ígenio eius consiliande apud uulgũ
gratie cupiditatem: haud passurum uastitatem per prouítiam fieri
& ut neminẽ bene geste rei sociũ haberet: nequaquã expectaturꝝ
collegam sed ipsum suis uiribus dimicandi animo quacũq; in trĩpide
secuturꝝ. Quibus ex rebus optimas sibi ad capessendum p̃liũ oblatũ
iri oportunitates preuidebat. prudẽter sane & callide de rebus fu/
turis ratiotinatus. Erat enim si quis putat aliquod magis propriũ

l oculo capit
63.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

optimi ducis officium esse: q̃m consilia & naturã hostis inteligere. Nã quẽadmodũ ĩ sĩgulari certamine oportet locũ ubi aduersariũ ferias speculari: & que pars corpis nuda: que inermis sit: diligenter animaduertere. Ita ubi de sũma rerũ agitur inuestigandum ẽ: nõ ubi nude sint corporis partes: sed ũde natura seu mores ducis hostiũ detegi queant. Multi siquidẽ per ignauiã atq; socordiã nõ solum cõmunes actiones: sed etiã que ad p̃uatã uitã spectãt sepe p̃tereũt. alii uino dediti nisi ebrii ac temulenti sint sõnũ capere nõ possũt. Nõnulli res uenereas preter modum sectãtes: non modo ciuitates atq; res.p. euertunt: uerũ etiam dedecore uitã p̃agũt. Ad hec timiditas atq; formido in priuatis quidẽ hominibus opprobrii ac turpitudinis plena: at in duce exercitus maxĩaꝝ aliquãdo iacturaꝝ cã ẽ. Petulãtia uero & temeritas & iracũdia: p̃terta etiam fastus atq; iactãtia ut hostibus percõmoda: ita suis exitio sunt: facile enĩ huiusmodi homines ad omnes machinas atq; insidias hostium patent. Quamobrem si quis ĩuestigatis aduersariorum uitiis occasionẽ aliq̃ prestiterit: qua postmodum ducis hostium compos fieri ualeat: e uestigio rerũ potiet̃. Quẽadmodũ enĩ nauis sublato gubernatore facile in potestatẽ hostiũ uenit: eodẽ mõ si quis in bello rationibus atq; consiliis ducẽ e medio sustulerit: statĩ reliqui quoq; exercitus compos fiet. Hec igit̃ cũ diligenter Hãnibal de consule Romano ratiotinatus foret: nequaq̃ opinione sua frustratus est. Quãta enĩ potuit celeritate per fesulanũ agrũ profectus relicto post se hoste campos Etrurie cedibus atq; incendiis uastare cepit. Quibus rebus accẽsus cõsul: simul cõtemni se ab hostibus putãs: simul res sociorũ in cõspectu suo ferri agi que sibi dedecus ratus: nullum quietis locũ capere poterat. Quo circa multis suadentibus neq; insequi penum oportere: neq; manus cũ hostibus cõserere: sed equitatũ peditatũq; omnẽ ĩtegrũ seruare: expectare collegã: ut cõiũctis exercitibus om̃ia cõi cõsilio gererent̃: neq̃quã persuasus est: neq; ad id q̃ppiã respõdit: sed tãtũmõ est hortatus ut mẽtibus considerarẽt. quid populus Romanus diceret intuens penum per mediam iam Italiam uagari: & obsistẽte nullo ad ipsa Romana menia contendere: ipsis post terga hostiũ ĩ tuscia dormitantibus: Post hec se e consilio p̃ripuit coactisq; repẽte copiis ĩseq hostẽ cepit: nullã aut tẽporis aut loci rõnẽ habẽs: sed dũtaxat conferendi prelii auidus: tãq̃ uictoria in manibus eius foret. Vsq; adeo enim spe bene gerende rei anĩos multitudinis accẽderat: ut plures essẽt qui uĩcula & ĩcõpedes aliumq;

Ducis mores in bellis obs[illegible]

Timiditas que

huiuſmodi apparatum quam qui apta ad dimicandum ferẽt arma. Hannibal uerſus urbem Romam cum exercitu profectus quod agri eſt iter Cortonam urbem Traſimenumq; lacum omni genere cladis peruaſtat. Simul ac uero inſequi Flaminiũ eum exercitu intellexit: peroportuna eſſe inſidiis ea loca conſpicatus: parare ſe ad prelium cepit. Eſt eo in loco latior atq; ũdiq; circũſeptus cãpus ſiq; ab utroq; latere per longum altiſſimis perpetuiſq; cingitur montibus. In latum uero ad anteriorem partem colles aſſurgunt aſperi atq; difficiles Partem poſteriorem alluit Traſimenus lacus: inter quem & montes uia eſt peranguſta: per quam in ipſum campum patet ingreſſus. Occupatis igit̃ anteriobus collibus. In his caſtra locat ubi ipſe cum afris modo atq; hiſpanis conſideret. Baleares omnẽq; leuem armaturam poſt montes circũducit. equites cũ gallis in ipſis anguſtiis locat: ut ſimul ac intraſſẽt Romani obiecto equitatu clauſa omnia lacu ac mõtibus forent His ita per noctẽ diſpoſitis Hãnibal quietẽ agit. Flaminius hoſtẽ ſũmo ſtudio inſecutus cũ pridie ꝑpe ſolis occaſũ ad lacũ peruẽiſſet: poſtero die cũ prima luce ducere p anguſtias exercitũ cepit. Erat is dies orta ex lacu ꝓxiſq; mõtibus nebula caliginoſus ualde ac perobſcurus. Hãnibal ubi maiorẽ ptẽ copiarũ cãpos ingreſſã: & iam propinquãtes ſibi primos animaduertit dat ſimul omnibus inuadendi ſignũ. Quo facto undiq; ut ꝓxi qq; erant decurrerunt. Romani ſubito ac ĩpuiſo malo ꝑterriti dẽſiſtima calligine ĩpediente ꝑſpectum hoſtibuſq; ex pluribus locis eodẽ tẽpore cõcurrẽtibus neq; acies inſtruere: neq; expedire arma: & uix quid actũ foret intelligere poterãt: aliis a fronte: aliis a tergo: aliis ab utroq; latere prorumpentibus. Quibus rebus factũ eſt: ut multi ĩ ipſa profectionis ſpecie: cũ opẽ ſibi fuiſſe ferẽ neqrẽt inſtar pecudũ trucidati fuerint: ante oppreſſi ab hoſtibus q̃ quid agendũ eſſet conſultum foret. Flaminius ipſe in ſũma rerũ deſperatione a gallis quibuſdã circũuẽtus occiditur. Deſiderata ſunt in eo prelio quidecĩ milia hominũ qui magna ex parte ĩmota acie ad extremũ ut Romani moris eſt ꝑſtiterunt. Alii fuga ad ipſas fauces qs ingreſſi fuerãt facta fede ac turpiter ab hoſtibus oppreſſi ac in ꝑma uada paludis ſe precipitantes: partim acriter inſiſtẽdo mox interficiũtur partim ſe capitibus tenus aque ĩmergẽtes aliquãdiu ita permãſere Tandẽ uero ingreſſis aquam equitibus cũ uitam ſupplicĩter eleuatis in celũ manibus ꝑcãtes nõ exaudirẽẽ uel trucidati ſũt ab hoſtibus uel ipſi ſe iuiſſe hortati manus ſibi adhibuere. Sex milia ferme ꝑmi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

agminiſ per medioſ hoſteſ erruptiõe facta: & ſi ſubpetiaſ ferre ſuiſ & circũuenire hoſteſ poterant ignari tñ omniũ que poſt ſe agerẽt ac continue ut alicui obuiarẽt ꝓcedẽteſ: e ſaltu euaſere. Cumq; in tumulo quodam cõſtitiſſent: ac depulſa iam nebula ſtragẽ ſuorum indicaret: omi ſpe ſalutiſ deſtituti: quod omnia eẽ hoſtũ cõſpicarẽt citato curſu in ꝓpinquũ uicũ ſe recipe. Hãnibal confecto prelio. Mabarbalem ꝓſequi eoſ iubet. Hic cum hiſpaniſ ac leuiſ armature militibuſ ꝓfectuſ uicũ obſidet. Romani cũ extremiſ omnibuſ pre/ merẽt. tãdẽ diſpoſitiſ armiſ ac ſalute pacta peno ſe dediderũt. Hec fuit Rõanorũ Carthaginẽſiũq; apud Traſimenũ lacũ mẽorabiliſ pugna. Hiſ pactiſ Hãnibal uocatiſ quoſ Mabarbal meditionẽ acceperat: ceteriſq; captiuiſ q numero ſupra quindecim milia erant: primo nõ potuiſſe Mabarbalẽ inqt ſe ſcõſulto ſalutẽ pactiſcẽtibuſ polliceri. Deinde grauiter in Romanoſ inuectuſ: eorũ captiuoſ omniſ inter militeſ diligẽter in uinculiſ aſſeruãdoſ diſtribuit: ſociiſ omnibuſ ſine ꝓcio dimiſſiſ: Veniſſe ſe inqẽſ: ſicuti ĩ gallia dixerat: nõ ut populiſ latini nominiſ: ſed ut pro eorũ libertate Romaniſ bellum inferret. Poſt hec militeſ corpora curare: & cadauera inter/ fectorũ: q clarioreſ fuerant mãdare ſepulture iubet. Hec circiter triginta erant. Nã ex uniuerſo exercitu dũtaxat mille & quiẽti atq; hi magna ex parte galli ceciderãt. Ipſe interea cũ fratre atq; amiciſ de rebuſ gerendiſ conſultat: uſq; adeo elatiſ preſẽti uictoria animiſ: ut nihil iam Carthagenẽſibuſ difficile facto fore uideret. Iam nũtiuſ tante cladiſ peruenerat Romam: patreſ occultare id diutiuſ aut minuere apud populũ ob magnitudinem facinoriſ nõ poterant. Sed aduocata in curiam plebe diceret quicqd eſſet co/ gebãt. Quãprimũ igiẽ pretor e roſtriſ pugna ĩqt magna uicti ſumuſ: tãtuſ terror ac tumultuſ ortuſ eſt: ut qui in utroq; loco fu/ erunt: maiorẽ dixerint hoc tẽpore Rome q̃m paulo ante in prelio fuiſſe cõſternationẽ animorũ. Neq; id quidẽ diſſimile ueri eſt. Nã qui longo iam tẽpore non ſolum nõ re: ſed ne uerbo quidẽ iſignẽ aliquam cladem experti fuerant: moderate fere tantam iacturam nõ poterant. Senatuſ tñ ut par erat dignitatẽ ſeruauit: cõſultãdo de rebuſ futuriſ: quo nã duce: aut quibuſ copiiſ reſiſtendũ Carthagi/ ginẽſibuſ foret. Dũ hec que ſupra mẽorauimuſ ĩ tuſcia gerebant Seruiliuſ conſul cognito Hannibaliſ in Etruriam tranſitu: tũgere ſecũ copiiſ college decreuerat. Sed qa difficile erat tantam hominũ multitudinem ſimul traducere. C. Centoniũ proptorem cũ quatuor

milibus equitum premisit: ut si ante aduētū eius aliqua necessitas urgeret: mandatis collega presto esset. Hānibal iam tum victoria potitus cognito per exploratores hostium aduentu: Mabarbalem cū expeditis & parte equitū procedere obuiam iubet. Hi simul ac ad eos peruenire primo statim congressu maiorē partem occiderūt. Reliqui fuga in proximū collē recepti postridie uiui in potestatē hostis peruenere. Hac clade triduo post primam Rome nuntiata mestis adhuc cūctorū animis: usq; adeo iam nō populus modo uerū etiā Senatus afflictus ē ut tota ciuitas ueluti quedā imago luctus uideret. q̄ ꝓpter dimissis annuis magistratibus ad creationē dictatoris confugerunt quod tēporis ac presētiū rerū cōditio. ipatorē cui amplissima potestas esset: requirere uidebāt. Hannibal rebus feliciter gestis elatus animo: nō dū tamē adeūdi Romā adesse tpus putabat. Quo circa passim uastata ferro igniq; prouincia per ūbriā & picenū ꝓfectus decimo die puenit in ꝓpīquam adriatico mari regionem: adeo omni genere prede refertus: ut neq; uehendo neq; ferēdo oneri exercitus sufficeret. In itinere uero ingētē hominū multitudinē. interficit. Iusserat enī militibus per præconē: ut obuiū quemq; idonē ad res bellicas etatis: nō secus atq; inexpugnatis ciuitatibus facerāt obtrūcarēt. Tantū ei aduersus Rōanos ingenitū erat odiū: ut nullo genere crudelitatis abstineret. Nactus igit̄ locum in littore Adriatici maris omnis generis frugū copia abūdātē: ibi per aliquot dies statiua habuit omni studio intentus ut militum corpora reficeret curaretq; nec minus etiā equoꝝ. Nā & ex frigore quod in gallia per hyemē sub diuo cōtraxerant. & ex assiduis laboribus quos ꝓxīe in transeundis paludibus durauerant: diuīt̄ no preterea situ ac squalore armorū: in morbū ac ueluti scabiē q̄ndā & equi & homines inciderant. interea etiā afros militaribus armis iuxta Romanorū cōsuetudinē instruit quorū copiā ex tot hostiū spoliis maximā adeptus erat. Misit p̄terea mari Carthaginē. q res feliciter gestas populo nūtiaret. Nā tū p̄mū post ingressū Italie littus attigerat. Hoc nūtio Carthaginēses letitia affecti ardētiori studio Italicis hispāisq; rebus incubuere. Romani dictatorē crearūt Q. Fabiū singulari uirtute ac prudētia uirum: qui ob res egregie gestas maximi cognomētū adeptus est: & usq; in hunc diē in familia eius durat. Dictator antē eo differt a consule: q̄ consulē duodeci fasces precedūt: dictatorē uero quatuor & uigīti. Preterea illos necesse est multa referre ad Senatū. At huius est sūmū liberumq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

imperium sub quo mox ceteri magistratus cessant exceptis tribunis. Sed de his alias latius. Dictatori quoq; addideruut. M: Ruffum Minutium magistrum equitũ: qui magistratus imperio dictatoris subiectus ẽ tenetq; ĩ exercitu eius locũ si quãdo abeẽ illũ necessitas rei. p. cogit. Hãnibal breuibus itineribus ꝑ littus Adriatici motis castris opulẽta ac fertili prouĩtia exercitũ alebat: ueteribus uinis quorũ permagna ẽ copia pedes equorũ abluẽs: quo facilius scabie liberarẽt. Ex militibus quoq; si qui uulnerati erãt curari diligẽter iubebat: ceteros ĩstaurari uiribus parariq; ad res futuras. Hĩc per brucianũ atq; adrianum agrum profectus Marsos: Marucinos: & Pelignos deuastat: preterea Arpos & luceriã Romanorũ Coloniã atq; omnẽ Apulie regionẽ. Per id tp̃us. Q. Fabius magistratu ĩito peractisq; rite sacrificiis: cũ magistro equitũ: & q̃tuor ex tempore conscriptis legionibus: urbe proficiscit: nec multis ĩteriectis diebus ĩ Apuliã peruenit: ubi accepto a. C n. Seruilio cõsule: qui eò ex Arimino uenerat exercitu: ip̃um Romã cũ presidio remisit: iussũ ut parata hostie classe: si qd ĩteri Carthaginẽses mari tẽtarẽt: littora Italie ab hostibus tutaretur. ipse cũ omnibus copiis profectus castra haud procul Arpis in conspectu hostium posuit. Hãnibal cognito dictatoris aduẽtu: nulla mora facta educit ĩ aciẽ exercitũ copiamq; pugnãdi hostibus facit: sed ubi aliquãtũ cõmoratus neminem prodire in certamẽ uidet: in castra reuertitur. Eni nero ab ĩitio Fabius statuerat haud tẽtare fortunam belli: neq; manus cũ hostibus cõserere: id tãtũmodo salutiferũ populo Romano ratus si oppida ab hostiũ uiribus tueret. & ĩ hac sẽtẽtia usq; ad extremũ cõstãter ꝑmãsit. Ex quo p̃ncipio qdẽ ĩ bellis ac formidolosi homĩs nomẽ habere cepit: ut q ignauia atq; socordia detractare periculũ uideretur. Interiectis uero temporibus coegit omnes fateri neminẽ potuisse uel constantiorẽ uel sapientiorẽ rebus gerẽdis imꝑatorem prefici. Quod non lõge post res ipse ostẽdere. Intelligebat ꝓfecto prudentissimus dictator quantũ ĩter Carthaginẽsiũ ac Romanoꝝ exercitus interesset: cum illi ab ineunte etate continue in rebus bellicis alti educatiq; essẽt: & ducẽ haberẽt una cũ ipsis in castris ac sub diuo nutritum: ac rem militarem a teneris annis edoctum preterea tot preliorũ ĩ hispania uictores fuissẽt: ĩ Italia aduersus Romanos sociosq; bis hostium potiti essent: & quod maius momẽtũ habebat ĩ tãta rerũ extremitate: nullam nisi ĩ uictoria repositam spem haberent. Romanis uero cõtra hec omnia acciderent. Igitur

brutianus
Adrianus
Marsi.
Mauriani.
Pelignj.
Arpi.
Luceria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

abſtinendum omnino prelio numidarum decreuerat: Atque in
propoſito perſeuerandum. Id erat ut exercituſ populi Roma. &
multitudine hominũ & copia cõmeatuũ aſſidue refertuſ eſſet. qua/
propter per loca alta continue agmẽ ducere: exercitũ hoſtiũ quo
interuallo quacũq; iret ſequi: oportunoſ ſemper colleſ p̃occupare
neq; relinquere unq̃ hoſteſ: neq; copiam pugnãdi facere. cõmeatũ
abunde poſt ſe habere: militeſ ne ſemel quidẽ pmittere ab exercitu
diuidi: ſed confertoſ ſẽper conglobatoſq; tenere. Per hunc modum
ſuiſ quidem tuta oñia: hoſtibuſ uero ſi quãdo populãdi gratia ab
exercitu diuiderentur: infeſta prebuit: multiſ ſepe numero captiſ:
pluribuſ etiam interfectiſ. Id autẽ eo cõſilio faciebat: ut ſimul pau/
latí iminueret hoſtiũ uireſ ſimul exiguiſ uictoriis territũ priſtiniſ
cladibuſ militẽ aſſuefaceret minuſ iã uirtutiſ aut fortune ſue peni/
tere. Ceterum ut in aciem deſcẽderet nulla ratione adduci poterat
Ac. M. Minutiuſ. Hanc Fabii cũctationẽ egre ferẽſ timiditatiſ
eum atq; ſocordie arguebat: homo ferox atq; í conſiliiſ rapiduſ: &
cui nihil lõgiuſ q̃ pugne tẽpuſ uidebat. Peni deuaſtatiſ predictiſ
locíſ ſuperatoq; Apenío Samnium tranſeũt ífecũdiſſimã Italie orã
& longo iam tempore bellorum expertem: ubi tantam comeatuſ
rerumq; neceſſariarum copiam nacti ſunt ut nec quotidiano
uſu nec continua deuaſtatione abſumere predã poſſent híc & be/
neuẽtum Romanoꝝ Coloniam depopulantur uenuſtã urbẽ ca/
piunt & mẽibuſ & cõmeatu ceteriſq; neceſſariiſ rebuſ munitiſſimam
Romani cõtinue hoſteſ uniuſ aut duoꝝ dierũ interuallo ſequebãt.
Hãnibal cũ auíaduerteret Fabiũ apte preliãdi occaſionẽ fugitare
neq; tamẽ excedere campiſ ſed per edita atq; oportuna loca cõti/
nue inſequi: citato curſu proficiſci capuam: & in falernũ agꝝ deſ/
cendere decreuit: ratuſ alterũ e duobuſ neceſſariũ fore uel ut Ro.
in preliũ deſcenderent: uel ut mox uniuerſiſ appareret Carthagi/
nenſeſ caſtra obtinere: Romaniſ ſe imunimẽta recipientibuſ. Quo
facto perterritaſ prouintie ciuitateſ confeſtí ſe Carthaginenſibuſ
dediturаſ ſperabat. Nã uſq; in eum diem: quãquam duobuſ maxi/
miſ preliiſ profligatiſ Ro. nullũ oñino oppidũ ad Carthaginẽſeſ
defecerat multiſ alioquin exiſte ntibuſ quibuſ graue Romani impi
tugũ uidebatur. Quibuſ ex rebuſ facile cõiectari licet quãte apd
ſociоſ auctoritatiſ foret Romane rei. p. maieſtaſ. Nec ſane íppru/
denſ Hannibaliſ conſilium fuit. Eſt enim Capuanuſ ager & copia
rerum: & fertilitate regioniſ: & amenitate ac pulchritudine loci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

excellẽtissimus. Nã & ĩ littore maris positus est: & eo ex uniuerso terraꝝ orbe uenientes in Italiam innumere gentes confluũt. Sũt preterea in eo site nobiliores Italie ciuitates Siquidẽ oram maritimã ĩcolũt Suesani: Cumani: Dicearchite: Neapolitani: & ad extremũ Nucerini: Mediterraneã uero a septemtrione Calatini & Calleni ab oriente & meridie Daunii & Nolani In mediis autem campis sita est omnium olim felicissima ciuitas Capua: cuius campi fabulosis etiã poetarũ carminibus incliti sunt quos illi phlegeros appellant Preterea situs ipse natura munitissĩus ac fere ĩsupabilis est hĩc mari: illĩc maximus perpetuisq; montibus cinguntur. tris tm̃ additus habẽt ꝑangustos atq; difficiles unũ a Sãnio: reliquos ab Arpis. Igitur ĩ hos campos ueluti in theatrũ quẽdã destensuri Carthaginẽses uidebãt: ex quo fugientes hostes spectarẽt: soliq; de cetero castra obtineret. His itaq; rationibus motus Hannibal: exercitum Samnio per angustias Eribiani collis deducit: castra ad uulturnum amnem ponit. Exurebatur amenissimus Italie ager uilleq; passim ferro atq; incendiis uastabãtur. Quibus rebus & si nõ mediocriter turbabat Fabius nihilminus in ꝓposito perseuerabat At. M. Minutius omnesq; tribuni equitum amputandam omnem moram iudicabant: factoq; impetu totis uiribus ruendum in Carthaginenses: neq; permittẽdũ ut sub oculis Ro. exercitus felicissĩa regio deuastaret. Fabius ꝑ paucos dies celerius solito motis castris festinare ad prohibendam populationibus campaniam uisus erat ut uero Falerno appropinquauit: tãtũmodo in iugis mõtis oñdit exercitũ: ne socii reliquisse eum castra existimaret. In equũ uero educere copias noluit ueritus prelium cum penis committere: tum propter supradictas causas: tũ quia equitatu longe ĩpar erat Ro. exercitus. Hãnibal cum sepius hostem nequicq̃ tentasset tandẽ deuastata passĩ regiõe abductaq; ĩgẽti p̃da hibernis locũ spectabat Fabius cũ satis sciret ꝑ easdẽ ãgustias quibus intrauerat redditurꝝ ratus ea loca peroportuna esse Romanis: sed quid aduersus penũ moliri uellet circiter q̃tuor milia hominũ in ipsis angustiis ponit hortatos ut magno fortiq; animo cũ res ferret oportunitate loci uterẽtur. Ipse cum reliquis copiis collem iisdem angustiis imminẽtẽ occupat quid q̃q; in re agẽdũ esset cõsultãs: unde p̃mũ: uel a q̃bus in hostem ruendũ: haud dubius se uel profligaturũ omnino hostiũ exercitũ: uel saltem quicquid uehebant p̃de ablaturũ. Verũ non fefellit Hãnibalẽ suis se artibus a Fabio premi. Sed his omnibus

Phlegrei

ante consideratis singulari astutia hostis conatum frustratus est. Collectis undiq; sarmētoq; fasciculis & omni genere materie aride alligari boum cornua: quos domitos indomitosq; multos abegerat iussit ad duo milia fere boum parata. Datum Asdrubali negocium ut statuto tēpore pecudū cornibus accēsis armētū per ministros ageret in propinquū saltū qui medius inter castra atq; angustias ḡs futurū erat iter: eminebat. Inde cū p̄mū illi dari a se signū ani/ aduerterent: rapide: factoq; ipetu boues i aduersū mōtē concita/ rēt donec ad iugū actū foret armētum. His pactis cenare omēs & quescere aliquantum iubet. Nocte intempesta: quibus datū erat negotium q̄m celerrime exeunt. boum cornua uti preceptū erat accendūt. Quo facto Hānibal mature educi armētū atq; ad iugū montis agi nuntiat. Expeditos usq; ad certum locum sequi iubet: admonitos cum primum facto impetu discurere per montes pecus cepisset oportuna loca occuparēt: ūde transeuntibus suis opē ferre hostemq; sicubi obuius fieret infestare possent. Inter hec ipse omnē exercitū educit: positisq; p̄mo grauioris armature militibus: postea equitibus: deinde preda: postremo gallis atq; hispanis: ad āgustias tendit. Romani qui ad eos transitus insidendos locati fuerāt: ubi i sūmis mōtibus ignes cōspexere: uenire per ea loca Hānibalē rati presidio excesserunt iuga montiū petētes. Et primo cum in quosdā boues separatos a ceteris incidissēt: micantes eorū capitibus flāmas aspicientes ueluti miraculo attoniti ac matus aliquid existimātes: constiterūt. Deide ubi milites quoq; apparuere iaculatis aliquādiu aduersus se inuicem telis cum tādem boues interuenirent: utriq; in iugo mōtis perstitere auide lucē ut rem omnē apertius cognoscerēt ex pactātes. Fabius cognito tumultu insidias esse ratus tū a certamīe secuti statuerat abhorrēs suos munimento tenuit. Interea Hānibal rebus ex sententia succedētibus per saltū traducit agmē p̄dāq; omnē nemine iā impediente integrā conuebat. luce p̄ma cōspicatus Romanos i iugo mōtis suis oppositos & numero hominū: & genere armature ualidiores esse: hispanorum cohortem suppetias mittit hi primo statim congressu circiter mille hostiū cesis: suos in castra saluos reduxere. Hānibal hoc astu angustiis Falerni agri liberatus tutioribus in posterum ad castrametandum locis electis: Hibernis locum querebat. Inter hec pleriq; dictatorē timiditatis arguere: q̄ hostē intra angustias clausū euadere tā facile p̄misisset Ille nihilominus constanter in proposito perseuerare. Interiectis

Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

prelio insuperabiles esse constat: eosdem si per partes attentauerit lacerare carpereq; facillimu erit. De Etolis uero cotrariu euenit. At Cretenses terrestribus ac naualibus prelus ad insidias: furta: rapinas: nocturnos isultus: & omnia doli genera promptissimi sut. In plio uero dispositis cohortibus segnes: timidi: ac prorsus inutiles His Achei atq; Macedones plane contrarii. Hec idcirco breuiter memorauimus: ne quis forte miretur ac propterea historie detrahat fidē: si quādo eosdem uiros in rebus similibus dissimiles fuisse ostēdimus. Nūc eo ūde discessimus reuertamur. Cōgregatis Megalopoli omnibus: quibus apta ad res bellicas etas erat: Messenii rursus ad Acheos uenere: rogantes ne se cōtemnerent: ita palā ab Etolis iniuria affectos: uelle se si cū bona uoluntate eorū fiat: iter socios eos ascribi: nihil in posteq; qđ ad cōmunē societatem pertineat recusaturos. Acheoq; principes quatenus ad societatem attinet: nihil a se fieri posse respondent: neq; enim sibi licere i cōsulto Philippo ac socius quēquā in societatē admittere durante adhuc fedre: qđ tempore Cleomenici belli duce Antigono inter Acheos Epirotas: phocenses. Macedonas: Boetios: Archadas: Tessalosq; initum fuerat. Verū libenter illis presidio futuros: si ipsi liberos suos obsides lacedemonius tradāt: spōdeātq; nunq̄ se cum Etolis nisi consentientibus Acheis fedus aut pacem facturos. Lacedemonii quoq; per id tempus cum exercitu iuxta Megalopolim conuenerant: nō tam sub specie sociorum q̄ ut euentū rei expectarent. Aratus rebus cū Messeniis ita cōpositis legatos ad Etolos mittunt; qui eos iubeant ex agro Messeniorū copias reducere: neq; deincepsillos infestare: neq; Acheoq; agrū attingere: Si secus fecerint: se eos pro hostibus habituq;. Scopas & Dorimachus auditis legatoq; mandatis: & Acheorū apparatu cognito parendum in presentia Arato statuerunt. Quamobrem missis statim cyllenem & ad Aristonem Etolorum ducem litteris nauigia exposcunt. Ipsi biduo post premissa preda discessere: itinere uersus elienses facto: quippe ea gens semper i fide etoloq; permanserat Aratus temere illos uti statuerant discessuros ratus: copiis uero omnibus dimissis: in suā cuiq; domū abeūdi potestatē fecit. Ipse dūtaxat cum tribus milibus peditū & trecentis equitibus hoc ē ius q sub Taurione erāt: patras cōtendit: quo se abeūtibus etolis opponeret. Dorimachus ea re cognita: ueritus ne sibi profectio impediretur: predā quidem addito sufficienti presidio ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nauef mittit: iuſſiſ quoſ ad eã uehendã deſtinauerat: ut ſibi ad Rhium unde ſoluere ſtatuerat: occurrerẽt. Ipſe predã parũper comitatuſ: nõ longe poſt cõuerſo itinere olympiã uenit. Hic cũ p exploratoreſ cognouiſſet Taurionẽ cũ iis quaſ ſupra diximuſ copiis iuxta Clitoriam eſſe: ueritus ne propterea ex Rhio ſine certamíe aut periculo ſoluere poſſet: optimũ factu exiſtimauit: ſi omni amputata mora cum arato decerneret: quod aratuſ & paucis admodum copiis ſtipatuſ & future rei ignaruſ erat. Cogitabat enĩ ſe ſi hoſteſ fudiſſet: ãteq; rurſuſ Achei congregarentẽ: uaſtata undiq; prouincia tutum qua decreuerat diſceſſũ facere poſſe. Si uero Achei p formidinem pugna abſtinerent: libere ſe qua uellet ſine ullo diſcrimine trãſitum habituꝝ. His ratiõibuſ permotuſ caſtra nõ lõge a Megalopoli iuxta Methidriũ poſuit Achei cognito Etolorũ aduentu adeo imprudẽter preſentibuſ rebuſ uſi ſunt: ut nihil ad cũmulum ſtultitie reliquerint. Primo enim Clitorio profecti iuxta Caphiaſ caſtrametati ſunt: Poſtea Etoliſ a methydrio per orchomenũ trãſeuntibuſ: in caphienſiũ agrũ copiaſ deduxere: pterfluẽti amne ueluti quodã munimẽto clauſi. Etoli tũ ppter loci iniquitatẽ: ſi quidẽ ãte id flumẽ multe & profũdiſſime foſſe erãt: tum ne forte inter hec Acheoꝝ copie cogerentẽ: relicto pugnãdi propoſito: olygyrtũ uerſuſ: eo quo conſtiterãt ordine procedũt: callide omnia obſeruanteſ: ne quo intereundũ periculo afflictarentẽ. Aratuſ: cũ Etoloꝝ pedeſtreſ copie fere ad iugũ mõtiſ peruenirẽt: nec lõge poſt eqtatuſ oĩs p cãpoſ iſequeretẽ: equiteſ ac leuioriſ armature militeſ duce Acarnane in hoſteſ emittit: iuſſoſ ut cum equitibuſ congrederentur: & fortunã belli tentarent? quod ſane imprudenter factum eſt: Nam ſi capeſſendũ preliũ fuit: non cum poſterioribuſ congredi oportebat cum iam a montibuſ nõ longe abeſſent: ſed cũ primiſ anteq; ad ſũma cõſcenderẽt. Sic enĩ futuꝝ fuerat omne ĩ cãpiſ certamen: que res & Etoliſ ob genuſ armature: atq; adeo omnẽ ordinẽ pugnandi ſine dubio cladem & acheiſ uictoriã peperiſſet Sed Aratuſ oblatã ſibi & loci & tẽporiſ opportunitatẽ: ĩ hoſteſ per imprudentiam tranſtulit. Si quidẽ Etoli ſimulac uenienteſ acheoſ pſpexere: omni qua poſſũt celeritate ad montẽ cõtendũt feſtinãteſ ſe cum peditibuſ ſuiſ cõiungere. Aratuſ nec ſatiſ quid actum foret conſpicatuſ: nec cõſiliũ hoſtiũ intelligenſ: cũ primũ currenteſ uerſuſ montẽ equiteſ animaduertit: fugere eoſ ratuſ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ferentarios abutroq; cornu dimittit. hos expeditis atq; equitibus ferre suppetias iubet. Ipse cū reliquis copiis longo cornu facto eodem anxius festinat. Equites etolorū ubi ad radices montium uentū est: remissius aliquāto procedere: peditesq; ingēti clamore reuocare ceperūt. Quibus repente in subsidiū suorū cōfluētibus ubi se numero haud inferiores hostibus intellexerūt: in equitatū Achaeos cōuersi: cū & multitudine hominū & loci opportunitate prestaret: impetū in eos faciūt. maximis utrinq; uiribus certatur Victoria aliquādiu ancepsfuit. Tandē uero Achaeorū equites repulsi. Quibus fugiētibus cum ferentarii qui in eorū subsidium missi fuerant obuiassent: partim nouitate rei perterriti: partim impetu fugientium suorum reiecti: ipsi quoq; idem facere sunt coacti. Quibus ex rebus accidit: ut qui in acie uicti sunt: uix quingenti: qui uero fuge se cōmisere: supra duo milia hominum fuerit. Etoli qd agendū foret ab ipsa re edocti cū clamore atq; letitia Achaeos insequunt. Illi eodē in loco atq; eo quo dimiserāt ordine consistere suos rati: ad Aratum confugiunt. Quare fuga eorum & honesta principio & salutaris uidebat. Vbi uero illos etiam loco motos longo ac perturbato ordīe uenire cōspexerūt alii per diuersa itinera fugientes salutem quesiuere: alii cursu in suos facto ipsi se inuicem non expectatis hostibus profligarunt. Itaq; tandem omnes in fugam uersi in propinquas se urbes receperunt? Siquidem Orchomenus & Caphie non longe aberāt. qd nisi accidisset: omnes eo die aut capti aut trucidati ab hostibus fuisset. Hec igitur clades Achaeorū prope Caphias fuit. Megalopolitani cum eis nunciatum esset Etolos iuxta Methydriū castrametatos esse: omnes una uoce congregati postridie eius diei quo gestū id bellū fuerat in subsidiū Achaeorum cōtendere. & cum quibus uiuentibus pugnaturos se aduersus hostes sperabāt eosdem sepelire ab hostibus interfectos sunt coacti. Parata igit ingenti ac profunda fossa ac mortuorum corporibus cōgregatis: iusta eis more patrio persoluerunt. Etoli preter spem uictoria potiti libere iam per mediam peloponnesum iter facere. Quo tempore tentata pellenensium fide & agro Sicyonioq; deuastato tandem per Ischim angustias abierunt. Cause igitur socialis belli hec quas supra diximus fuere. Initium uero ex decreto ortum: qd postea iter socios factū fuit & Corinthi: quo omnes ob eam causā conuenerāt: Philippo quoq; Macedonū duce approbante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

confirmatum. Achei paucis interiectis diebus in consilio congre/
gati publice & priuatim Aratũ detestabantur: ut qui tante cladis
ac iacture auctor fuisset. Quapropter augẽtibus factũ diuerse
in republica factionis hominibus: longe magis multitudo omnis
incendebatur. In hoc enim primo uidebatur ab eo grauiter pec/
catũ: ꝙ magistratu ante tẽpus suscepto: sublatisq; alterius ꝑtibus
reserat agressus: quas antea quoq; sepenumero ĩfeliciter gesserat.
Deinde etiã grauius ꝙ cõmorantibus adhuc ĩ medio pelopõneso
etolorum ducibus Acheoꝝ exercitum dimiserat. Tertio ꝙ ita
paucis stipatus copiis prelium susceperat: presertim nulla urgente
necessitate: cum tuto se in proximas ciuitates recipere potuisset:
quousq; denuo Achei congregarentur: & tunc si id omnino cõ/
modum foret prelium mire. Postremo ꝙ ita imprudenter rebus
bellicis usus fuerat: ut ommissa per ignauiã camporum oportũi/
tate: ubi sui sine dubio preualuissent hostes ĩ montibus per leui/
oris armature milites esset aggressus: quo nihil accidere Etolis
utilius aut oportunius potuerat. Verũtamen simulatq; Aratus
rediit: & consilium ingressus cõmemorare cepit res ante eum diẽ
a se pro salute reipublice gestas: ac proxĩe cladis ratiões attulit:
seq; non fuisse eius causam: ut falso ĩimici calumniarentẽ expo/
suit: postremo etiam ueniam petiit: & siquid a se erratum esset:
debere Acheos ostendit: non tam acriter & seuere q̃ pie atque
humaniter euentum rei considerare: tãta repẽte mutatio: aniõꝝ
facta est: ut plebs que modo ita infensa Arato uidebatur: mox
omne odium an diuerse factionis homines transtulerit: ac iam de
cetero quibuscunq; in rebus Arati consilium atq; sententiã secuta
sit. Hec igitur cẽtesima & trigesima nona olympiade gesta sũt?
Que uero sequuntur centesima & quadragesima. Decretum igitẽ
erat ab Acheis ut legati ad Epirotas: Boecios: phocẽses: acarna/
nes: & Philippum Macedonie regẽ mitterentur: qui ostenderẽt
quomodo bisiam Etoli cõtra leges federis achaiam ingressi forẽt:
peterentq; ab eis ex federe presidium: preterea ut Messenios in
societatem asciscerent: ut dux Acheorum peditum quinq; milia
& quingentos equites pararet: & Messeniis si iterum ab Etolis
infestarentur: subsidium ferret. Preterea cum Lacedemoniis
Messeniisq; cõponeret: q̃bus copiis pedestribus atq; equestribus
ad communes usus deberent esse instructi. Que postquã decreta
sunt. Achei memoratam cladem magno ac forti animo ferentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

neq; Messeniorū rem: neq; propositum suum destituere. Legati mandata diligenter prosequi dux iuuentutem uti iussum fuerat cogere. cum Lacedemoniis Messeniisq; componere: ut peditum utriq; duo milia & quingentos. ducētos & quinquaginta equites pararēt: quo multitudo omnis ad bellum instructa ad duo milia peditū forent: Equites mille. Etoli cū iā consilii tēpus aduenisset cōgregata multitudine: pacē agere cū Lacedemoniis ac Messeniis ceterisq; propinquis populis statuerunt: partim angustia rei coacti: partim ut socios atq; amicos Acheorum debilitarent. Cū Acheis uero ita rem componere decreuerunt: si a Messeniorum societate desisterent? Sin uero in proposito permanerēt: bello aggrediendos iudicauere. Quo nihil dici irrationabilius potest. Nam cum Acheis cum Messeniis societate iuncti essent. Siquidē in ea persisterent: bellum Acheis indicebant: Si uero messenios hostes fierent: pacem eis pollicebantē. Quāobrem aduersantibus sibi inuicem rebus locum habere petitiones eorū nequiuere. Epirote & Philippus rex auditis que relata per legatos fuerant. Messenios in societatem acceperunt. De iniuriis uero Etolorū etsi non nihil sunt indignati: nullam tamē suscipere admirationē uisi q; illi huiusmodi rebus assueti nihil noui moliri uidebantur. Itaq; non inuiti cum eis in pace perseuerabant. Ita interdum ueteratę ac cognite iniurie: potius q̄ noue & insolite uenia consequuntur. Etoli igitur his modis usi: deuastata frequētibus incursionibus grecia: & illatis sepenumero prius q̄ in dictis bellis ne respondere quidem de iniuriis querentibus dignabantur: sepe etiam petentes a se gestarum siue gerendarum rerum rationem aspernabantur atq; irridebant. Lacedemonii & si nuper opera Acheorū ab Antigono libertatem fuerant restituti: Philippoq; & Macedonibus promiserant nihil se aduersum eos molituros missis tamen clam ad etolos legatis: secretam cum iis amicitiam ac societatem firmauerūt. Congregato interea Acheorum exercitu Lacedemoniisq; ac Messeniis uti statutum fuerat ad subsidium paratis: Scerdilaidas & Demetrius cū nonaginta lembis ex illyrio nauigātes: preter fedus cū Romanis percussū Lissum trāsgressi sunt qui primo tentata pylo: cū aliquandiu urbē oppugnauissēt tandem non sine dedecore sunt repulsi. Posthec Demetrius cum quinquaginta lembis cursu in cycladas facto insulas populatur: nonnullas per proditionem capit. Scerdilaidas uero cū reliquis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quinquaginta lembis Naupactum contendit : fretus amicitia Amyne Athamanorum regis : cui affinitate coniunctus erat. Hic Agelao medio tentatum cum Etolis fedus : ut eque diuisa preda una cum eis in Achaiam proficisceretur. Quod postquā inter Scerdilaidā: & Agelaum Dorimachum ac Scopā cōuenit: congregatis undiq; Etolis una cum illyrus i Achaiam irruerūt. Aristō Etolorum dux perindeac si earum rerum ignarus esset domi in quiete permanebat : pacem sibi non bellum cum Acheis asserens esse. Imprudenter sane ac plane puerilit̄er : Quid enim stultius q̄ res claras atq; euidentes putare uerbis diutius posse celari ? Posthec Dorimachus cum suis incredibili celeritate Cynetham uenit. Cynetenses: ut qui longo iam tempore Arcades fuerant: maximis continue odiis ac seditionibus uexabant: uarie apud eos cedes: exilia: rapine: dilapidationes fiebāt. Accidit tādē ut qui Acheorum partes sequebantur : principatum in urbe obtinerent. Quare & custodes murorum: & ducem ciuitatis ex Achaia habebant. Que cum ita essent: Non multis annis ante Etolorum aduentum: cum exules ad eos qui in urbe erant trās/ misisset: & de receptione in gratiam atq; concordia precati essēt: presides ciuitatis eorū uerbis persuasi legatos ad Acheos misere: eam concordiam cū consilio atq; sententia eorū pficere uolētes. Quibus id mox consentientibus Acheis: q utriusq; fidem ac be/ nuolentiam constantem erga se futuram arbitrabantur: cum & hi qui intra urbem erant: omnis spes suas in Acheis haberent: & illi beneficio Acheorum se conseruatos existimaturi forēt: Cy/ nethenses & presidium & ducem acheorū ex urbe emisere. exules uero uumero circiter trecentos intra urbem asciuerunt: recepta ab iis fide: & quibus religiosius astringi mortales possūt adhibitis sacramentis. Verum illi nulla causa siue occasione moliendi res nouas expectata simulatq; itra urbem admissi: cōsilium prodēde ciuitatis: ulciscendiq; conseruatores suos inierūt. ut mihi uideant inter uictimarum cedes: cum fidem ac iusiurandum nuicē pstā/ bāt: tūc maxie de ipietate in deos: & crudelitate i cōseruatores capitis sui cogitasse. Vix enim intra menia recepti Etolos quibus urbē proderent: aduocauere. Res hunc in modum perfecta fuit. Nonnulli ex iis: qui ab exilio fuerant reuersi Polemarchi sunt creati: qui magistratus claudendarum portarum urbis curam ha/ bebat: & claues noctu detinebat: & interdiu ad custodiā portaꝝ

Cynetha

Polemarchi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

commorabatur. Etoli paratis scalis ceterisq; rebus necessariis: tempus perficiende rei prestolabantur. Polemarchi interfectis diuerse factionis collegis portam ciuitatis recluserе. Quo facto repente Etoli alii per portam ingredi: alii admotis scalis menia conscendere: Tum turbata nouitate rei uniuersa ciuitas passim ruere. Omnia terrore tumultuq; compleri: cum neq; porte succurrere possent hostibus certatim e muris prosilientibus: neque menibus subuenire eisdem per portam cateruatim ingredientibus. Quamobrem Etoli e uestigio urbe potiti: ex omnibus rebus a se per iniuriam perpetratis: hoc unum iustissime fecerũt: q; interfectis statim urbis proditoribus: omnes eorum fortunas diripuere. Idẽ tamen postea in ceteros quoq; patratum. Siquidem substantia ois ablata: hoies ut siquid celatum esset confiterentur grauissimi affecti tormentis: multi etiam interfecti. Per hunc modũ capta urbe paucos post dies relicto in ea sufficiẽti presidio cũ exercitu uersus lusas discesserunt. Vbi cũ tẽplo diane appinquasset q̃d est inter Clitorium & Cynetham: ac ueluti asylum a grecis habeẽ populari greges atq; armẽta dee: ac omnis diuitias fani expilare uoluerunt. Sed lusiate ad reprimendam gentis impietatẽ partẽ earum rerum sponte illis obtulere. Qua accepta Etoli subito profecti non longe a Clitorio castrametati sunt. Per idẽ tẽpus Aratus dux Acheorum legatos ad Philippũ miserat: qui auxilia accersirent: dejectos undiq; aduocarat a Lacedemonis atque Messenis eos qui ex federe debebantur petierat. Etoli primo hortari Clitorienses ceperunt ut dimissis Acheis secum irent societatem: quos deinde abnuentis uaris certaminibus infestabant & admotis scalis transcẽdere urbis menia nitebantur: Vexq ciuibus magno ac forti animo propugnantibus: spe capiẽde ciuitatis ad extremum destituti obsidionem dissoluere: ac rursus Cynetã reuersi direptis dee gregibus atq; armentis tradere urbẽ eliẽsibus uoluere. Quibus domum respuentibus ipsi per se custodire detreuerũt: Euripide duce in ea cõstituto. Posthec fama aduentẽtis e Macedonia presidii & apparatu Acheorum perterriti urbem incenderunt: & uersus Rhium denuo profecti illac facere transitum statuere. Taurion intellecto Etolox pgressu: & Cynethe excidio cognito: cum nunciatum esset Demetrium Pharium a Cycladibus Cenchreas aduenisse hortatus est eum ad ferendã Acheis opem & Etolorum transitum: transportatis per Isthmum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

lembis impediendum. Demetrius utili quidē: sed minime honesta ab insulis profectione facta: quod Rhodii aduersus eum cum classe nauigarant: libenter Taurioni paruit: presertim sumptus ad transportationem lemborum necessarios suppeditanti. Quā/obrem transuectis per Isthmum lembis cum Etolos biduo ante transisse intellexisset: maritima quedam eorum loca populatus: rursus Corinthum nauigauit. Lacedemonii rebus sicuti supra diximus cum Etolis clam compositis: auxilia: uti ex federe con/uenerat: mittere differebāt: paucis quibusdā equitibus peditibusq; dissimulandi gratia missis. Aratus ut ciuium potius q̄ ducū officiū exercerēt suos admonebant. Tādiuq; in quiete ꝑmansit accepte cladis memor: quod Scopas & Dorimachus deuastata passim ꝓ/uintia: rebusq; omnibus ex sentētia peractis domum sūt regressi. quanq̄ haud difficile fuisset per aspera interdū atq; angusta ꝓ/ficiscentis loca opprimere. Cynetenses & si ingentem passi sunt rerum omnium iacturam & fere ultimis affecti suppliciis: tamen merito luisse penas ab oībus sunt iudicati. Quoniā uero Arcadū gens quandam apud omnes uirtutis famam habet: nō solū ꝓpter facilitatē morum & benignitatem nature: summāq; erga omnes hospitalitatem: uerumetiam ob pietatē atq; obseruantiā in deos opereprecium existimauimus aliquid de feritate Cynethensium breuiter referre: & quo pacto cum confessione omniū Arcades forent: tantum a reliqs grecis ea tēpestate scelere ac crudelitate differrent exponere. Mihi profecto uidet̄ ideo hoc eis accidisse quia id quod a maioribus suis sapientissime fuerat inuentum: & primi & soli omniū Arcadū reliquerunt. Musicam enim: de uera nunc musica loquor: uniuersis hominibus utilē esse constat: acar/dibus uero etiam necessariā. Neque uerum est quod Ephorus ī prohemio historiarū scribit. Musicā ad fallendos ac deludēdos homines inuentam esse: neq; est existimandum ueteres: cretēses ac Lacedemonios superuacuo tibiā ac rithmos pro tuba in bellū introduxisse: neq; antiquissimos arcadas tanto in honore musicā in eorum rebus publicis habuisse: ut in ea non solum pueros ueꝝ etiam adolescentes & iuuenes usq; ad trigesimum annum exerceri uellent homines alioquin uite difficilis atq; austere. Haud enim est obscurum apud solos fere arcadas: pueros ab ineunte etate in cantibus himnorum peanum asuefieri: Quibus singuli iuxta patrie morē genia: & heroas: & deos laudare cōsuerūt. Posthec

Musica a

Philoxẽi & Thimothei diſciplinis inſtructi cũ cãtibus & choreis annuos ludos libero patri faciunt: pueri quidem quos pueriles uocãt: iuuenes quos uiriles. Omnis deniq; eorũ uita in huiuſmodi cantionibus uerſatur: non tã quod audiendis modulis delectentur q̃ ut ſe inuicem cantando exerceant. Ad hec ſiquis aliquid in ceteris artibus ignoret: nulla apud eos ignominia habet. Muſicã uero neq; ignorare quiſquam eorũ poteſt quia neceſſario diſcit neq; fateri neſcire quia hoc apud eos turpiſſimum putat. Poſtremo ſpectacula ac ludos in theatris cũ cãtibus & choreis ſingulis quibuſq; annis adoleſcentes ciuibus prebent. Que res mihi quidẽ uidentur ab eorum maioribus ſapientiſſime fuiſſe inſtitute: non delitiarũ aut laſciuie gratia ſed cum animaduerterent aſſiduos eius gentis labores in colendis agris: & duritiam atq; aſperitatem uite preterea etiam morum auſteritatẽ. que ex frigiditate ac triſtitia aeris prouenit: cui noſ ſimiles gigni neceſſario oportet: Nõ enim obſcurũ ẽ plagas celi eſſe: que gentes moribus & forma & colore & pleriſq; diſciplinis inter ſe diſſimiles faciunt? uolentes mitẽ atq; tractabilem reddere naturam: que per ſe ferocior ac durior uidebatur: primo ea omnia que ſupra memorauimus introduxerũt: deinde conuentus communes: & ſacrificia plurima in quibus uiri ac mulieres congregarentur: poſtremo uirginum ac puerorum choros: que omnia ad eum finem fecere: ut id quod in animis hominum natura durius erat: conſuetudine placaretur ac mitius fieret. Verum cynethenſes cũ interiecto tempore hec ſpernere cepiſſent: que eis preter ceteros neceſſaria erãt utpote in frigidiori arcadie parte commorantibus ad cupiditatem ambitionẽq; conuerſi in tantam breui tempore feritatem deuenere: ut in nulla grecie ciuitate maiora ſcelera: aut frequentiores crudelitates cõmitterentur. Eſt autem apertiſſimum teſtimonium peruerſitatis eorũ: q̃ ceteri omnes arcadie populi mores uitãq; eorũ deteſtabãtur. Nam quo tempore Cynethenſes poſt ingentem illam ſeditionem legatos ſpartam miſere: in quamcunq; ciuitatem arcadie eundo ſunt ingreſſi: ex ea mox per ignominiam fuerunt expulſi: & reditus ad eam interdictus. Mantinienſes etiam poſt eorũ diſceſſũ expiationibus ac ſacrificiis ciuitatem & circumſtantia quecunq; loca purgauere. Hec autem propterea a nobis commemorata ſunt: ut ciuitates Arcadie admoneremus ne a communi patrie inſtituto diſcederẽt: tum ne quis laſciuie gratia uſq; adeo idulſiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

muſice eam gentem arbitraretur: & propterea conſuetudinem eorum irrideret. Poſtremo & Cynethenſium cauſa: ut ſi quādo diu permiſerint: ad diſciplinam conuerſi: moreſ induant melioreſ & muſicam amplectantur: qua relicta in eam rabiem ac feritatē deuenere. Nūc quoniā ſatiſ ſuperq; de Cynethenſium moribuſ atq; interitu diximuſ: rurſuſ ad id unde diſceſſimuſ reuertamur. Etoli igitur peragrata ut ſupra diximuſ peloponneſo: atq; omni regione ferro igniq; uaſtata domum fuerant regreſſi. Philippuſ autem Macedonie rex cum exercitu in ſubſidiū Acheorum Corinthum uenerat. Verum cum ſe peracta re uenisſe icellexiſſet: miſſis ad ſocioſ tabellariuſ unumquenq; hortatuſ eſt: ut ad ſe Corinthum mitterent: qui de communibuſ rebuſ conſulerent que uiderentur. Ipſe tegeā uerſuſ mouit exercitū: q; Lacedemonioſ intellexerat maximiſ inter ſe ſeditionibuſ uexari. Lacedemonii enim cum longo tempore ſub regibuſ eſſe conſueuiſſent: tunc recuperata duce Antigono libertatę neminem cui omneſ parerēt habētes: dum equā in republica partem obtinere ſinguli cupiūt: in uariaſ diſſenſioneſ deuenere: Duo e preſidibuſ urbiſ conſilium ſuum ita occultabant ut a nemine poſſet intelligi. Reliqui treſ aperte cum Etoliſ. ſentiebant: exiſtimanteſ Philippum nihil adhuc per etatem in peloponneſo poſſe innouare. Poſtquā autē preter ſpem atq; expectationem ſuam nunciatum eſt de fuga Etolorū e peloponneſo: & Philippi regiſ e Macedonia aduētu: treſ urbiſ preſideſ cū nō ſatiſ fiderēt alteri e duobuſ: cui adimāto nomen erat: q; conſiliorum omnium conſciuſ haud equo animo facta eorum ferre uidebatur: ueriti ne aduenienti Philippo oīa proderentur: conſilium ſuum quibuſdam iuuenibuſ aperuerunt: deinde per preconem conuocari armatā multitudinem i iunonis templum iuſſere: tanq; Macedonibuſ aduerſuſ Spartanoſ uenētibuſ. Quibuſ e ueſtigio ob nouitatē rei congregatiſ Adamātuſ id grauiter ferens in publicum proceſſit. Atq; antea inquit hec preconia & haſ armatorum hominum cōgregationeſ fieri oportebat: cum Etoloſ hoſteſ Lacedemoniorū audiebamuſ mōtibuſ noſtriſ appropinquare. non nūc cum Macedonaſ benefactoreſ & conſeruatoreſ noſtroſ cum rege ſuo uenire intelligimuſ. Que adhuc illo uociferante: irruens cum impetu iuuentuſ diuerſis uulneribuſ eū confodit: & una Sthenelaum: Alcamenē: thyeſtē Bionidem: alioſq; compluriſ. Polyphonteſ autem cum ſuiſ: tādiu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

preuisis futuris ad Philippum fugit. Que cũ ita essent presides Lacedemoniorum legatos ad regem miserunt: qui culpã patrati facinoris in peremptos reiicerent. Preterea regem hortarentur ne ultra progredi uellet: anteq̃ res in urbe cõponerentur: Lacedemonios fidẽ atq; amicitiã cũ Macedonibus inuiolatam seruare ostenderent. Legati cum Philippo obuiassent iuxta partheniũ montem mandata peregere. Que cum audisset Philippus: eos hortatus est: ut q̃ celerrime domum reuerterentur: nunciarẽtq; presidibus se mox tegeam exercitum reducturum: debere ipsos ad se q̃primũ uiros primarios Corinthũ mittere: qui de p̃sẽtibus rebus consultarent. Per hunc modum reuersis oratoribus: & responso Philippi nunciato presides decem e precipuis ciuitatis ad regem miserunt: qui tegeam profecti: cum consilium regis ĩgressi forent in adimantum ac sequaces eius grauissimis sunt uerbis inuecti: tanq̃ eius seditiõis causa extitisset: deĩde nihil pretermisere quod ad conciliandã sibi regis beniuolentiã ꝑtinere arbitrarent̃: omnia se facturos polliciti: quibus manifestũ fieret se ĩ societate atq; amicitia cum rege permanere. His atq; aliis huiuscemodi expositis Lacedemonii ex consilio abierunt. Macedonum uarie de his rebus sententie fuere. Alii enim cognitis que Sportani clã cũ etolis moliebãtur: & adimãtum ob amicitiam Macedonũ ĩterfectum existimantes: consulere regi ceperunt: ut de Lacedemoniis exemplum ceteris preberet: quemadmodum Alexander non magno ante tempore de thebanis fecerat. Alii seniores eam ultionem grauiorem esse dicebant quam facta eorum mererentur: admonendos esse dũtaxat eiusmodi rerum auctores: & ab administratione reipublice remouendos: gubernationem ciuitatis amicis suis tradendam. Post omnes rex sententiam dixit: si tamen regis fuisse eam sententiam putandum est. Neque enim uerisimile uidetur puerũ qui uix decimumseptimum etatis annũ excessisset de talibus tãtisq; rebus potuisse iudicare. Sed scriptorẽ historie decet firmatas in consiliis sentẽtias principibus tribuere quorum nutu omnia gubernantur. Qui uero historiam aut legunt aut audiunt existimare debent eiusmodi sententias eorum esse qui sunt cum prudentiores tum proximiores principibus: ut siquis hanc Arato tribuerit cuius tum maxima erat apud regem auctoritas. Philippus igitur siquid aduersus se priuatim socii molirentur sua inquit interesse illos duntaxat uerbis aut litteris

thenius mõs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

admonere. Siquid uero publice in socios committerent: publica pena atq; animaduersione esse plectendos. a Lacedemonius nihil contra communem societatem patratũ esse. Imo sponte sese illos obtulisse oĩa pro Macedonibus facturos. Proinde nihil esse ad/uersus ipsos grauius consulendũ: cum iniquũ sit quibus hostibus pater pepercisset: eosdem se leuissima ex causa ulcisci. Confirmata regis sententia mox Petreus philippi amicus eligitur qui Lacede/monem cum legatis proficiscatur. Is in mandatis habet hortari ad amicitiam Spartanos: & iusiurandum de societate fideq; ser/uanda dare simul atq; accipere. Post hec Philippus motis castris rursus Corinthum redit: optima spe prestantissime indolis sociis relicta: ꝙ tam benigniter se erga Lacedemonios habuisset. Cõ/pertis Corinthi sociorum legatis: qui eo uti iussum fuerat omẽs conuenerant: de communibus grecie rebus consulere ceperunt. Hic omnibus uno ore Etolorum facta execrantibus: Boetiis ꝙ pacis tempore Minerue templum depopulati essent: Phocẽsibus ꝙ positis iuxta Ambrysum & Daulium castris de capiendis ciui/tatibus consultassent: Epirotis ꝙ omnem regionem ferro igniq; uastassent: Acarnanibus ꝙ opulentissimum oppidum per ĩsidias admotis noctu scalis occupare uoluissent: Postremo Acheis ꝙ Carium cepissent: Patrensium ac Pharensium fines populabũdi percurrissent: Cynetham armis atq; incendio deleuissent: Diane templum expilassent: Clitorienses obsedissent: Deniq; pilum mari Megalopolim terra infestassent: ad extremum omnes una uoce mouendum esse Etolis bellum iudicauere. Facto igitur consilio sanxerunt: ut ii omnes in societatem admitterentur: quorum ur/bes aut ꝓuintias post mortẽ Demetrii qui pater Philippi fuerat Etoli occupassent: Preterea si qui conditione temporum coacti societatem cum Etolis inuiti fecissent: & ut iis omnibus libertas pristina restitueretur: & ut patriis legibus ac moribus uiuerent permitteretur. Postremo ut Amphictyonibus templum quod ablatum ab Etolis fuerat redderetur. Cum igitur hec ita decreta essent centesime & quadragesime olympiadis anno primo subito sociale bellum exarsit: ex Etolorum iniuriis quas supra memo/rauimus iustissime ortum. Qui in consilio fuerant subito legatos ad socios mittunt: qui nunciarent: ut sicuti decretum erat ex sua quisque regione bellum Etolis moueret. Philippus quoq; litteras ad Etolos dedit: ut siqd obiectis respondere uellent ad se uenirẽt

Ambrysũ
Dauliũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Quod ſi abſq; conſenſu ſociorū propria auctoritate moti uaſtā/
do ac populando omnia nemini ſe putent facere iniuriam: aut ſi
quibuſ iniuriam faciant: illoſ exiſtiment diutiuſ poſſe bello ab/
ſtinere: profecto omnium eſſe ſtultiſſimoſ. Etoli acceptiſ litteriſ
principio haud uenturum eſſe regem ſperanteſ: certum diem cō/
ſtituerunt quo ad Rhiū Philippo obuiarēt. Poſt uero cogniti
que acta in conſilio fuerant: tabellarioſ ad regem miſere: qui
nunciarent ſe antequam Etolorum conſiliū fieret nihil de rebuſ
publiciſ poſſe decernere. Achei cōgregato egii ut moſ erat cōſilio
ſimul decretum confirmarunt: ſimul Etoliſ indixerunt bellum: &
paruiſ illoſ infeſtare in curſionibuſ cepere. Interea Philippuſ
Egium cum ueniſſet: & multa humaniter atq; amice locutuſ eſſet
Achei eiuſ dicta ſumma benuolentia ſunt complexi: & ueterē
qua cum maioribuſ eiuſ deuincti fuerant amicitiam cū Philippo
renouarunt. Per idem tempuſ Etoli cum comitiorum dieſ ad/
ueniſſet ducem elegerunt Scopam qui omnium ſuperiorum
motuū princepſ atq; auctor fuerat. Philippuſ accepta ab Acheiſ
pecunia in Macedoniam cum copiiſ reduc: ut dilectum militum
haberet pararetq; que ad bellum opuſ eſſent. Maximam autem
non ſolum ſociſ uerumetiam uniuerſe grecie clementie ac mag/
nanimitatiſ ſpem reliquit ob decretum ex ſententia omnium
firmatum. Hec eo tempore geſta ſunt quo Hannibal dux Car/
thaginenſium omnibuſ que ultra hiberum erant in hiſpania po/
tituſ Saguntum obſidebat. Quod ſi principia rerum Hānibaliſ
in eorum tempora incidunt: que ſunt in grecia geſta: manifeſtū
eſt noſ non ſine cauſa ſuperiori libro reſ ab Hannibale geſtaſ
tractaſſe: cum ordinem ſequamur temporum. Cum autem reſ
italice & grece & aſiatice ꝓpria quidē principia haberent: exi/
tuſ autem communeſ: neceſſe fuit narrationem quoq; earū tādiu
propriam|uniuſcuiuſq; eſſe: quoad in ea tempora uentum foret:
quibuſ reſ predicte una implicate quaſi ad unum finem dirigi
ceperunt. Sic enim & ſingularum expoſitio fit manifeſtior: &
coaceruatio omnium dilucidior. Sunt autem reſ omneſ inter ſe
mixte & ad unum conuerſe finem anno tertio centeſime & qua/
drageſime olympiadiſ. Quamobrem eo que deinde ſequuta ſunt
communiter exponemuſ. Que uero ante id tempuſ fuere priuati
ſuo queque loco ſuperiori libro demonſtrauimuſ: quo non ſolum
tempora ſeinuicem ſequerentur: ſed etiam rerum omnium quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

una ſocietaſ fieret. Philippuſ igitur in Macedonia dum in hiber/
niſ eſſet nouum militum dilectũ habuit: que ad bellum neceſſaria
erant: parauit. Oppida a barbarorum impetu qui arca Sportã
habitabant. communiuit. Poſthec ad Scerdilaidam profectuſ
agere de ſocietate cepit: pollicituſq; ei opem ad reſillyricaſ com/
ponendaſ: & ſimul Etoloſ calumniatuſ facile quod cupiebat
Scerdilaide perſuaſit. Eſt enim ita comparatum: ut etiam malo/
rum ſocietaſ niſi equitaſ atq; iuſtitia fuerit: ſeruata facillime
infringatur. quemadmodum ea tempeſtate Etoliſ accidit. Nã
cum ita cum Scerdilaida compoſuiſſent: ut eque inter utroſque
preda omniſ diuideretur: ſi una in Achaiam irrueret: perſuaſuſ
eorum uerbiſ Scerdilaidaſ ſimul Cynetham profectuſ eſt. Qua
capta atq; direpta Etoli ingentem auri pecudumq; multitudinẽ
abduxere: & diuiſa inter ſe preda Scerdilaidam omnino exclu/
ſerunt. Quamobrem ira atq; indignatio inuaſit animum: cuiuſ
memoriam renouaſſet Philippuſ: ſubito cum eo ſocietatẽ firma/
uit: biſ legibuſ: ut uiginti talenta annua acciperet: cũ triginta
lembiſ nauigaret: Etoloſ mari infeſtaret. Philippuſ igitur hec
atq; alia huiuſcemodi moliebatur. Legati qui ad ſocioſ miſſi fue/
erant primo Acarnaniã appulere. Vbi expoſitiſ mandatiſ Acar/
naneſ ſubito & decretum ingenue confirmarunt: & Etoliſ mo/
uerunt bellum quanquã dari eiſ uenia poterat: id preter ceteroſ
differentibuſ: cum ob propinquitatem regioniſ iuſtam cauſam
timoriſ habere uiderentur experti preſertim non multo ante
tempore quantum ſibi obeſſent inimicitie Etolorum. Sed mihi
uidentur boni uiri atq; preſtanteſ nihil pluriſ facere debere q̃ ue
necubi officium pretermittatur. Quod Acarnaneſ preter ceteroſ
grecoſ ubiq; ſemper ſeruauere: quãuiſ ab exiguiſ profecti initiiſ
Quo fit ut nemo debeat eſſe ſegnior ad reſ ſuaſ cum hoc populo
communicandaſ: habet enim naturaliter neſcio quid in animiſ
erectum atq; ſublime: & libertatiſ appetenſ. Contra Epirote
auditiſ que expoſita per legatoſ fuerant: decretum quidem ap/
probauere: bellum autem non priuſ ſe moturoſ Etoliſ reſpon/
derunt: quam id Philippum regem feciſſe intelligerent. Deinde
Etoliam miſerunt legatoſ: qui nunciarent ſe pacem cum Etoliſ
ſeruare: timide ſane atq; inconſtanter rebuſ uſi. Siquidem & ad
Ptolomeum regem miſſi legati: qui precarentur ne uel pecuniã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uel commeatum uel aliud genus subsidii aduersus Philippum & socios Etolis subministraret. At Messenii quorum causa id bellum exarserat: legatis cū ad eū uenissent: responderunt: non ante se bellum Etolis moturos: quam Phigaleam urbem in montibus sitam: quam tum Etoli per iniuriam tenebant: opera sociorum recuperassent. Quam sententiam inuita multitudine Oenes & nicippus urbis presides tulerunt: paucis quibusdā ex optimatibus eam approbantibus. In quo mihi uidentur ignorasse: quid se maxime deceret: & sue reipublice conduceret. Equidem ita existimo fugiendum quidem esse bellum: non tamen ita fugiendū ut omnia ne in id incidamus sustinere perpetiq; uelimus. Quid enim uel equabilitatem in republica uel fiduciam: uel libertatis iocundissimum nomen laudaremus: si nihil omnino esset pacti anteponendum? Sed neq; Thebanos laudamus q̄ tempore medici belli ut a communi grecie periculo essent immunes: ea per formidinem elegere: De quibus postea periclitati sunt. Neque Pindaro assentimur: qui in poematibus suis ciues hortatur: ut ceteris omnibus postpositis pacem duntaxat & tranquillitatem amplectantur. Pax enim si iusta & honesta sit res est certe omnium rerum pulcherrima atq; optima. Nihil tamen est aut faciendum iniuste aut pacientum turpiter ut pace frui ualeamus. Atqui presides Messeniorum atq; optimates habito mox ad priuata commoda respectu: affectatius semper quam decebat animos ad pacem inclinabant. Quāobrem multas sepe occasiones atq; oportunitates temporis nacti: aliquādo uero in pericula incidentes: eodem modo continue labebantur semperq; idem propositum seruande pacis habentes: in maxima sepe discrimina patriam adducebant. Cuius rei causam hanc arbitror fuisse: q̄ cum duabus precipuis grecie ciuitatibus uicini essent Arcadibus ac Lacedemoniis: quorum his semper inimici fuerant: illis federe amicitiaq; coniūcti: nec Lacedemoniorū tamen se hostes aperte ostendebant: nec Arcadum amicos. Ex quo fiebat ut cum predicte ciuitates uel inuicem uel aduersus alios bella gererent: Messenii pace fruerentur. Lacedemoniis uero pace cum ceteris facta in Messenios impetum facientibus: cum neque ipsi per se resistere illorum potentie ualerent neque Arcadum auxilio: quorum amicitiam conseruare nescuerant se tueri: uel seruire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

turpiter Lacedemonii cogebantur: uel ut seruitutem euitarent cum coniugibus filiisq; patriam relinquere? Quod ei non multo ante hec tempora sepenumero accidit. Vtinamque deorum uoluntate sit ut hic status rerum: quo in presentia fruimur diutissime permaneat. Si qua tamen unquam presentium rerum mutatio acciderit: unam uideo tuende patrie spem Messenii ac Megalopolitani fore: si iuxta Epaminonde sententiam omnibus in rebus atq; adeo omni tempore inuicem consenserint: consiliaq; & res suas omnis unanimiter tractarint. Quod uerum esse etiam uetustissima eorum monumenta indicant: Messenii enim tēpore Aristomenis columnam ut Calisthenes memorat in templo iouis lycii posuere: in qua hoc epigramma erat inscriptum. Inuenit tandem tempus impio regi penam: Inuenere Messenii proditorē duce ioue. Difficile est latere deos periurum hominem. Salue rex Iupiter & Arcadiam serua. Nam quia propriis sedibus expulsi erant: ueluti de secunda patria precari deos uolentes: hoc epigramma inscripserunt. Quod mihi quidem merito uidentur feciſſe. Siquidem Arcades non solum hos exules: & bello Aristomenico: patrio solo electos intra urbem receperunt: & donatos ciuitate consilio opibusq; iuuerunt: uerumetiam eorum filias nubere adolescentibus suis permisere. Preterea inuestigata Aristocratus regis proditione: non modo eum grauissimis affectum cruciatibus interfecere: sed ex omni eius genere impii sanguinis penas sumpserunt. Verum omissis ueteribus ea que recentiora sunt: & post eam duarum urbium coniunctionem acciderunt: facti magnam his que diximus fidem prestare possunt. Nam quo tempore post magnam illam uictoriam qua greci iuxta Mantinam ob mortē Epaminonde potiti sunt: Lacedemonii Messenii a fedære excluſis: erigere spem ad res eorum occupandas cepere: usq; adeo Megalopolitani atq; omnes socie ciuitatis in Fauorem Messeniorum animos intenderunt: ut eos statim in societatem acceperint: Lacedemonios uero solos ex omnibus grecis a communi federe excluserint. Que cum ita sint: quis est qui non recte a nobis dictum existimet quod paulo ante memorauimus. Hec ideo pluribus uerbis de Arcadadibus ac Messeniis sumus prosecuti: ut hi memores cladium: quas ciuitatibus suis Lacedemonii sepe intulerunt: in fide amicitiaq; permaneant:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nunquanq; uel timore alicuius rei : uel desiderio pacis : ubi de salute agitur : seinuicem deserant. Nunc eo unde discessimus reuertamur. Lacedemonii nunquam a moribus suis recedentes legatos sociorum nullo eis dato responso dimiserunt : Tantum apud eos insitie ac temeritatis inualuerat. Quo fit ut ego id esse uerum existimem quod dici solet. Temeritatem sepenumero homines ad insaniam & ad nihilum adducere solere. Posthec tamen cum noui magistratus essent creati : hi qui principio seditionem in republica excitarant: & memoratarum cedium causa fuerant: missis ad Etolos nuntiis ut legatos ad se mitterent petierũt. Quod cum facillime impetrassent : pauciscque interiectis diebus Machatas Etolorum legatus Lacedemonia nenisset : subito ciuitatis presides petant : aduocandam esse contionem dicentes ad legatum Etolorum audiendum: & regem iuxta institutum patrie creandum? Neque diutius patiendum: preter leges ciuitatis heraclidarum imperium dissolui. Presides & si hunc statũ rerum egre ferebant : tamen quia resistere illorum uiribus non poterant: & iuuentutem formidabant: responderunt de regibus quidem se postea consulturos : ad audiendum uero Machatam contionem statim aduocaturos. Congregata igitur multitudine: ingredi Machatas iussus: pluribus hortari cepit ad societatem cũ Etolis ineundam : acerbe nimium & iniuste criminatus Macedonas : multaq; in Etolorum laudem falso & supra modum locutus. Quibus expositis cum contionem iniuisset : diu res inter populum uersa. Sententie uarie atque ancipites fuere. Quidam enim Etolorum partes sequi: & cum iis ineundam esse societatem affirmare. Alii his contradicere: & ad seruandam cum Macedonibus amicitiam hortari. Tandem uero seniorum quidam cum surrexissent : reuocatis in memoriam Antigoni & Macedonum beneficiis : & clade quam Charixeni & Timei tempore acceperant commemorata : quando Etoli Spartanum agrum ingressi omnia ferro igniq; uastarant : & ut ac dolo reductis exulibus ciuitati insidiati fuerant: plurimorum sententiam mutauere : & ad extremum multitudini persuasum: seruandam esse cum Philippo ac Macedonibus amicitiam. Quibus hunc in modum peractis Machatas re propter quam uenerat infecta Etoliã redit. Principes eius quam supra memorauimus seditionis : factum id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

egre ferentes: rem denuo moliri ceperunt omnium crudelissimã. Congregari post aliquot dies armati iuuenes debebant ad sacrificium annuum ex more patrie peragendum. id in templo Palladis fiebat. Preerant autem huic sacrificio ciuitatis presides qui in eo templo per eos dies commorabantur. Quamobrem nonnullos ex his qui armati interesse ludis debebant: premis corruperunt. Hi constituto inter se tempore dum presides sacrificiis intentos uident: repente eos aggressi: instar pecudum trucidant: & quamuis in templo erant: quod ueluti asylum Lacedemonii uenerabantur: & in quo nocentes omnes etiam capitis damnati salui esse consueuerant: eo tamen seuitie audacia hominum processit: ut ante aras: & in ipsis dee mensis magistratus omnes interfecerint. Posthec de senioribus qui cum Gyrida senserant: simili modo supplicium sumpsere. Et iis qui Etolis aduersabantur urbe electis: nouos magistratus ex suis crearunt. Preterea societatem cum Etolis fecere. Ita uno tempore & hostilem aduersus Acheos animum: & aduersus Macedonas ingratum ostenderunt. Maximam autem spem habebant in Cleomenis benuolentia: cuius aduentum incredibili desiderio prestolabantur tantum mansuetudo atq; benignitas principum potest: ut non solum cum sunt presentes: uerumetiam maximo interuallo disiuncti: quosdem quasi fomites amoris & benuolentie erga se in pectoribus hominum relinquant. Lacedemonii enim triennio fere post electum Cleomenem in administratione reipublice uersati: nunquam de creandis Lacedemoni regibus quicquam cogitauere. Vbi uero de obitu Cleomenis nunciatum est: repente ad creationem regum animos intenderunt. Primi autem in hac re fuere: hi qui principes seditionis extiterant: nuperq; cum Etolis societatem inierant. Quamobrem unum quidem regum legitime & secundum instituta ciuitatis elegerunt: nomine Agesipolim: adhuc etate puerum: filium autem Agesipolidis: filii Cleombroti. huic tutorem dedere Cleomenem Cleombroti filiũ Agesipolidis germanum. Ex altera uero familia: cum ex filia hippomedontis duo filii Archidamo essent: qui Eudamide filius fuerat: hippomedonte quoque ipso adhuc uiuente Agesilai filio: & Eudemide nepote: Preterea alius compluribus ex eadẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

familia extantibus: contempto eorum genere: usque omnibus post habitis Lycurgum elegerunt regem: ex cuius gente nemo unquam ad spem regni aspirauerat. Hic enim donato singulis magistratibus talento: ex familia herculis appellatus: & rex Sparte creatus est. Adeo semper mala omnia uendibilia fuere. Verum haud multo post tempore: non filii aut nepotes eorum: sed ipsimet huius criminis auctores: stultitie ac temeritatis sue penas luerunt. Machatas que Lacedemone acta fuerant edoctus: rursus Spartam redit: magistratusq; & reges hortatus est ad bellum Acheis mouendum: per eum modum inquiens, facile restingui posse Lacedemoniorum ambitionem qui diuerse factionis forent: & Etolorum societati aduersarentur. Quibus uerbis cum persuasi magistratus ac reges essent: Machatas Etoliam redit: facile quod cupierat ob Lacedemoniorum insciciam consecutus. Lycurgus coactis mercenariis copiis: urbana quoq; multitudine aduocata: argiuorum fines ingressus est: adortusq; improuisos: & nihil tale a Lacedemoniis expectantes: repente Polichnam: Prasiam: Leucam: Cyphantem: & alia quedam eorum oppida cepit: agrum omnem argiuum ferro ignique uastauit. Quo facto Lacedemonii bellum Acheis indixere. Machatas interea ad propinquas ciuitates profectus: idem quod Lacedemoniis fecerat persuasit. Per hunc modum Etoli cum sibi omnia prospere atq; ex sententia accidissent: bellum magno ac forti animo sunt ingressi. Acheis uero contraria omnia euenere. Siquidem Philippus rex: in quo omnis spes suas habebant adhuc in cogendis copiis uersabatur. Epirote nondum bellum Etolis mouerant. Messenii quietem agebant. Etoli tractis in sententiam suam Elitensibus ac Lacedemoniis undique Acheos premebant. Per id tempus Aratus forte imperium deposuerat. Duxque ab Acheis creatus erat Aratus eius filius. Etolorum uero exercitui preerat Scopas: qui tamen parum in magistratu erat permansurus. Quippe Etoli ea tempestate post autumnale equinoctium comitia faciebant. Achei uero circa ortum uergiliarum. Peracta igitur estate cum Aratus Iunior imperium accepisset: uniuerse res quasi unum principium sumpsere. Hannibal enim per hec tempora se ad obsidionem Sagunti accingere:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Romani. L. Emilium in illyrium cum copijs aduersus Deme/
trium Pharium mittere: de quibus superiori libro memorauimus
Antiochus Theodoto Ptolemaidem ac Tyrum per proditi/
onem tradente: res Syriacas aggredi. Ptolemeus aduersus An/
tiochum exercitum parare. Lycurgus ut Cleomenem imitare/
tur Athenеum Megalopolitanorum oppidum obsidere. Achei
equitum ac peditum multitudinem cogere. Philippus e Mace/
donia cum copijs proficisci: legionarios milites habens circiter
decem milia: scutatos ad quinque milia: preterea equites octin/
gentos. Hic tum erat omnium apparatus ad res bellicas. Eodem
tempore Rodii aduersus Byzantios bellum mouere: ob tales
quasdam causas. Byzantii urbem incolunt cum natura loci mu/
nitissimam tum ad fertilitatem omnium rerum: quibus humana
felicitas perficitur: opportunissimam. Ita enim in bostio ipsius
ponti sita est: ut neque ingredi negociator quisquam neq; egredi
sine Byzantiorum consensu ualeat. Cum uero pontus multa
ferat ad uitam hominum commodissima: eorum omnium domini
sunt Byzantii. Nam & ad necessarios usus coria ac multitudinē
seruorum que circa pontum sunt loca eis abundantissime suppe/
ditāt: & ad delicatiorem uitam mel: ceram: salsamenta aliaq;
huiusmodi. Ipsi uero negociatoribus prebent oleum: & omne
uini genus. Frumentum interdum dant: interdum accipiunt.
His omnibus rebus necesse est grecos uel omnino priuari: uel in
fide atq; amicitia cum Byzantijs permanere. Siquidem Byzan/
tijs malignari uolentibus: gallisque aut alijs circumstantibus bar/
baris adherere: ob angustias loci & multitudinem barbarorum:
excludi omnino Grecos a nauigatione ponti oporteret. Maxi/
mas igitur Byzantii ex situ loci habent cómoditates educendo
que apud eos abundant: que uero desunt sine labore ac periculo
inducendo: Maximas etiam ut diximus prebent ceteris grecie
ciuitatibus opportunitates, quamobrem ut communes omnium
benefactores merito a Grecis coluntur: et digni existimantur
non solum quibus habeatur gratia: uerum etiam auxilia aduer/
sus barbarorū impetum prestentur. Quoniam uero pleriq; sunt
naturam eius loci ac proprietatem ignorantes: nostrumq; desi/
derium semper fuit: ut huiusmodi res in multorū notitiam deue/
nirēt etiam si fieri posset perspicerentur oculis: sin minus quoad

Byzantii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

liceret intellectu comprehenderentur: dicendum existimauimus que sit causa: que tantam huic urbi felicitatem pariat. Igitur qui apellatur pontus circiter uigintiduo stadia in circuitu patet duo habēs hostia sibi ĩuicē opposita alterꝫ ex ꝓpōtide defluens alterꝫ ex Meotide palude Meotis quidem ipsa octo miliū stadiorum circuitum continent. In utriusq; alueum cum multi ac magni amnes ex Asia defluant: pluresq; & maiores ex Europa: euenit ut repleta meotis per hostium suum in pōtum effundatur pontus ipse in propontidē. Meotidis ostiū Cimericus posphorus uocatur. latitudinem quidē triginta stadiorum longitudinem sexaginta habens. ponti uero ostium bosphorus tracius appellat̄. Huius longitudo ad centum & uiginti stadia extendit̄. Latitudo nō est eadem ubiq;. Nam a propōtide quidem: quod inter Calchedonem ac Byzantiū spatii ē quatuordecim continet stadia: a ponto uero quod fanum appellat̄: ubi primū Iason cum ex colcho rediret duodecim diis fertur sacrificasse: ĩ asia positū decem stadiis distat ab europa. Quod uero Meotis ac pontus continue effluant: duplices tradūt̄ cause: una quid̄ ꝑ se ipsam nota: ꝙ scilicet permeantiū in alueos fluminū multitudine. cum continue humor augeat̄: nec aliūde exitum habeat: necesse est in tantū crescere: ut tandem efferri per ostia opus sit. Altera ꝙ multitudine harenaꝝ q̄s cōtinue defluentes amnes in pontū atq; meotidem deuehunt usq; adeo aluei replent̄: ut suꝑferri humorem et ꝑ hostia exire sit necesse. Atq; he quid̄ uere cause fluxus sunt: non ex mercatorum relatione fidem merentes: sed ex ratione naturali: qua uerior reperiri haud facile potest. Verum quoniam ad hunc locū uenimus nihil ommittendū: quod ad nature inuestigationem pertineat: ut pleriq; scriptores faciunt: sed quatenus fieri potest demonstratiua narratione utend̄: ne quid dubium discēdi cupidis relinq̄tur. Hec enim in primis est nostris temporibus conueniens: quibus cū nihil relictū sit innauigabile: atq; inaccessum: indecens est de rebus ambiguis: a poetis & fabulaꝝ scriptoribus testimonia querere: quod superiores historiographi fecerunt. Dicimus igit̄ pontū harenis quas amnes assidue deuehunt continue adimpleri: uenturūq; aliquando tempus quo eius alueus terre ꝓrsus equet̄. Idem etiā de meotide affirmamus: dūmodo hic ordo locorum quem in presentia cernimus permāe:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nec ceſſent cauſe defluentium harenarum. Nam cum tēpuſ
infinitū ſit: alueꝰ uero: de quibuſ loquimur certiſ claudantur
terminiſ manifeſtum eſt quantulumcunq; materie deferatur.
etiam ſi perexiguum eſſet dum tamen id fiat aſſidue: longo
temporum ſpatio futurum: ut omnino repleantur. quando
autem deuecte materie non parua quedam quantitaſ eſt: ſed
infinita pene multitudo: perſpicuum eſt hoc quod dicimuſ
non longe poſt futurū: quod etiam ex parte iam factum
appareꝰ: quippe Meotiſ iam fere repleta eſt: Nam profun/
diſſima parſ eiuſ quinq; uel ad ſummum ſeptem ulniſ exten/
ditur. Vnde fit ut maioribuſ ligniſ nauigari non poſſit: niſi
nautiſ ut malum trahentibuſ. Cumq; a principio mare fuerit
ſapore quam ſimillimum ponto: in quo ueteꝛeſ omneſ con/
ſentiunt: nunc paluſ eſt quē dulciſſima: utpote ſalo multi/
tudine harenarum: & aquiſ decurrentium fluminum ſupato.
Quodolim de ponto quoque eueniet: et nunc fit. Sed non
facile perſpici poteſt propter alueꝰ profunditatem. Si quiſ
tamen diligentiuſ inſpexerit: perſpicue id fieri animaduertet
Danubio enim multiſ oſtiiſ ex europa in pontum defluente
tumuli quidam fiūt ex colluuie deuecte materie quoſ naute
pectora appellant uniuſ dieꝰ itinere a littore diſtanteſ: In
quoſ ſepenumero delati per noctem naute periculum faciunt
Cur autem non propter littuſ ſed longiuſ intra mare huiuſ/
modi tumuli fiant: hec traditur cauſa. Quatenuſ enim impetuſ
decurrentium fluminum preualet: et ſuperatiſ fluctibuſ in/
greditur mare: eatenuſ harenam & omne genuſ materie fer/
ri in altum neceſſe eſt. Vbi uero profunditate mariſ impe/
tuſ ipſi fluminum diſſoluuntur: tunc naturali ratione omniſ
materie deorſum fertur: fundumq; quo conſiſtat inuenit. Ex
quo fit ut maiorum ac rapidiorum fluminum aggereſ magiſ
protendantur in mare: maiorque profunditaſ iuxta terram
appareat. Minorum uero ac mitiuſ fluentium tumuli non
longe diſtent ab oſtiiſ. De multitudine autem defluenteſ ma/
terie: ligniſq; et lapidibuſ & harena que in pontum uehūtur
nulla admiratio eſt: cum ſepenumero intra breuiſſimum tem/
puſ torrenteſ uideamuſ maxima abrumpenteſ loca: & omne

genuſ materie & terre. et lapidum ferenteſ: qua ex re tanta interdum locorum commutatio fit: ut non longe poſt ea uidenteſ uix agnoſcamuſ. Quamobrem non eſt mirandum ſi tot ac tanti amneſ continuo in pontum fluxu aliquid ex iſ faciant que ſupra memorauimuſ: tandemq; impleant pontum hoc enim non ſolum ueriſimile uerum etiam neceſſarium uidetur: ſi quiſ eiuſ rei rationem diligenter inquirat. Verum futuri argumentum eſt: q; quanto Meotiſ pontico mari dultior eſt: tanto pontuſ ipſe a mari noſtro differt. Ex quo palam fit cum pontuſ tanto pluſ temporiſ quam Meotiſ peregerit: quanto eiuſ alueuſ illiuſ alueo maior eſt: futurum ut inſtar meotidiſ & dulciſ ſit et paluſtriſ: qn eo celeriuſ quo plureſ maioreſ q; in põtũ âneſ defluunt. Hec a nobiſ dicta ſunt eorum gratia qui repleri pontum non poſſe arbitrantur: nec futurã paludẽ exiſtimant ubi nũc pelaguſ eſt: preterea nauigantium etiam gratia multa ac diuerſa mendacia referentiũ ne illiſ paſſim more puerorum habere fidem cogamur ob inexpergentiam locorum. ſed congnitionem quandam ueri habẽteſ diſcernere poſſimuſ quid uere quid falſo narretur. Sed iam ad opportunitatem ſituſ byzantiorum reuertamur. Cum eiuſ freti quod pontum propontidemq; contungit longitudo ut ſupra memorauimuſ ad centum & uiginti ſtadia extendatur: fanumq; eam partem terminet: que eſt a ponto: eam uero que a propontide eſt byzantium: inter utrunque locum templum eſt qđ hermeum. Europe uocant in promuntorio ſupra hoſtium ponti ſitum: quod ab aſia diſtat circiter quinque ſtadia: eſt autem in anguſtiſſima parte freti: ubi dariũ memorãt põtem ſtruxiſſe: quo tpe aduerſuſ ſcythaſ profectuſ eſt. A ponto uſque in hunc locum unda equaliter fluit: utpote locaſ qui freto imminent ab utroque latere eque ſeſe diſtãtibuſ. Vbi aũt ad hermeum europe uentũ eſt: quo in loco anguſtiſſimum eſſe fretum memoraumuſ: ruenſ ex ponto in oppoſitam partem cum impetu aqua: uiolenter reflectitur: agiturq; in oppoſita Aſie loca: inde rurſuſ uerſuſ Europe promuntorium curſum tenet. huc denuo acta fertur in eum locum: quem incole bouem uocant: eſt autem in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Asia: ubi primum constitisse io in fabulis memoratur. Ad ex/
tremum tamen a boue quoq; repulsa Byzantium fluit: ubi
circa urbem diffusa partim dissoluitur: diuiditq; eum locum
quod cornu appellatur: partim rursus retrogreditur. Neq;
tamen agi hic impetus potest in oppositam regionem ubi est
Calchedon. Nam cum totiens huc atq; illuc flectatur: sinusq;
non mediocris latitudo sit: tam prope hoc loco deficiens haud
amplius ad rectum angulum in oppositum pergit: sed potius
ad obtusum. Ex quo fit ut relicta Calchedõe per sinũ fluat.
Atq; hoc quidem est quod Byzantius maximas prebet commo/
ditates. Calchedonensibus uero econtrario. Licet enim q̃tenus
ad oculos spectat: utriusq; urbis situs pereque commodus uti/
deatur esse: tamẽ nauigare uolentibus ad hanc quidẽ difficilis
transfretatio est: ad illam uero undarum uiolentia etiam
nolentes feruntur. Cuius rei argumentũ est: quod a Calche/
dõe proficisci Byzantiũ uolentes: nequeũt recta cursũ tenere
ob interfluentis impetum aque: Sed & ad bouem contendũt:
& ad eam urbem quam Chrysopolim uocant: Ex qua deinde
per uim Byzantium feruntur. Par etiam commoditas ad
alterutrum locum nauigandi Byzantius adest: siue austro ab
helleſponto ferantur: seu ex ponto in helleſpontum naugent
ex byzantio enim rectus ac frequens cursus est ad propõtidis
angustias per abydum & systum: indeq; Byzantium similiter
Calchedonensibus autem omnia econtrario accidunt: ob eas
quas memorauimus rationes & distantiam regionis cysicenso/
quippe ab helleſponto Calchedonem nauigantibus per pro/
pinqua Europe loca cursum tenere: ac deinde locis: que circa
Byzantium sunt apropinquantes Calchedonem declinare ob
felicitatem currentium undarum difficile est. Rursus uero
ex eodem loco in tractam proficisci omnino impossibile: tum
propter impetum interfluentium undarum: tum uentis utriq;
sibi inuicẽ repugnantibus. Ingredientibus enim pontũ auster
fauet: egredientibus aquilo. Atque bis duntaxat uentis ad
utrunq; cursum uti necesse est. Que igitur a mari tales tãtasq;
Byzantio commoditates prebẽt: hec sũt que supra memora/
uius. Quas uero a pte mediterranea ea urbs incommoditates

Cornu

Calchedon

Chrysopolis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

patiatur : sequentia indicabunt. Thracia ita circuit Byzantiorum agrum : ut omnem eorum regionem a mari ad mare amplectatur. Ex quo fit ut Byzantii graui ac perpetuo bello a Thracibus infestentur. Nam si semel atq; iterum immanem gentem : ac Barbaram uincant : non tamen propterea restinguere bellum possunt ? Tanta est & priuatorum hominum : & dominantium apud eos multitudo. Vno siquidem eorum superato : tres alii potentiores insurgunt : & populabundi : per eorum Prouintiam grassantur. Ac ne inito quidem fedère : aut rebus pace compositis aliquid agunt. Mox enim quadruplicatos inueniunt hostes. Itaque difficili atque aspero bello assidue conficiuntur. Quid enim magis infidum : quam uicinus hostis ? Aut quid Barbarico bello periculosius ? Preterea ad tot mala : quibus undique a mediterranea parte premuntur id accedit : quod tantali pena cruciantur ut Poeta inquit. Nam cum regionem habeant omnium fertilissimam : postquam agros diligentissime coluerunt : paratique sunt fructus pulchritudine copiaque mirandi : tum uenientes in prouintiam barbari populantur deuastantque omnia. Byzantii amissis laboribus atque impensis : tantam stragem rerum suarum uidentes graui ter & iniquo animo ferunt. Nihilominus bellum cum tracibus ob consuetudinem tolerantes in antiquo fedère cum Grecis permanebant. Apropinquantibus uero ad eas partes Gallis in maximum discrimen deuenere. Galli enim qui sub Brenno duce militauerant ingenti periculo apud Delphos liberati cum in Hellespontum uenissent : nequaq̃m in Asiam transiuerunt. Sed oportunitate locorum pellecti circa Byzantium constitere. Vbi deuictus Thracibus : & Tyle Rege constituto Byzantiis intulerunt bellum. Hi principio muneribus lenire illorum animos cepere. datis modo tribus : modo quinque : Interdum decem milibus Aureorum : ne eorum prouintiam deuastarent. Ad extremum octuaginta talenta singulis annis pendere coacti : usquè ad Clyarti tempora : Quibus Gallorum imperium deficit : omnisque ea gens uicissim a Thracibus superata funditus extincta est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Ea igitur tempestate magnitudine tributorum exhausti, Primo legatos in Gretiam misere: Qui in presens tempus subsidium peterent. Grecis uero magna ex parte id contemnentibus: Byzantii decreuere: ut ab omnibus qui in pontum nauigarent: uectigalia exigerentur. Quod cum graue ob nouitatem facti omnibus uideretur: uniuersi eius rei culpam: quod id paterentur: in Rhodios refundebant: utpote maris principatum eo tempore obtinentis. Que res initium & quasi seminarium fuit eius belli: de quo in presentia scripturi sumus. Rhodii enim cum proprius tum uicinorum damnis commoti: primo aduocatis sociis legatos Byzantium misere. Qui dimissionem uectigalium peterent. Hi eo uti iussum fuerat profecti: cum id persuadere multitudini nequiuissent Heratondoro: & Olympiodoro contradicentibus qui tum in Republica Byzantiorum principatum obtinebant: re infecta discesserunt. Nec longe post eodem reuersi Byzantius indixerunt bellum ob causas quas supra memorauimus. Mox igitur Rhodii legatos ad Prusiam mittere: qui eum ad bellum Byzantius mouendum hortarentur. Sciebant enim regem certis ex causis Byzantius infensum. Byzantii similiter Attalum & Achetum crebris legationibus precari: ut sibi aduersus Rhodios auxilio essent. Attalus ad eam rem promptus quidem erat: sed summis rerum angustiis premebatur. Quippe quem Achetus intra paterni imperii limites redegerat. Achetus autem omnium que sunt citra Taurum dominus: & se palam regem appellans: auxiliaturum se Byzantius pollicebatur. Que res bis quidem spem maximam: Rhodius uero & Prusie non paruum terrorem addidit. Erat enim Achetus Anthiochi propinquus qui regnum in Syria obtinuerat. Fueratq; eum principatum consecutus ex talibus quibusdam causis. Mortuo Seleuco patre Anthiochi: cum regnum ad Seleucum filium: qui ceteris fratribus maior natu erat peruenisset. Achetus cum hoc propter generis propinquitatem Thaurum transcendit: biennio fere ante hec de quibus scribimus tempora. Seleucus enim simulac regnum ingressus fuit: cum audisset Attalum loca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

omnia que sunt citra Thaurum montem occupasse : rebus suis consulendum ratus : maximis uiribus Thaurum transcendit. Vbi paucis interiectis diebus ab Apaturio Gallo & Nicanore: dolo circumuentus atque extinctus est. Achaeus propinqui mortem ulciscendam ratus : ex templo Apaturium atque Nicanorem interfecit. Tum copiis reliquisque omnibus rebus prudenter ac magno animo usus est. Nam cum & oportunitas temporis & una nimis militum consensus eum ad suscipiendum diadema hortaretur: id facere noluit: sed tanquam regnum Antiocho iuniori fratri seruaret : diligenter omnia administrans : omnem que citra Thaurum est regionem subigere decreuit. Rebus autem feliciter succedentibus : cum ad extremum Attalo nihil preter pergamum reliquisset : insperatis victoriis elatus repente consiliũ mutauit : seque regem salutari iussit. Ex quo factum est ut eius nomen longe magis quam ceterorum regum seu principum qui citra Thaurum sunt : terrori omnibus ac formidini esset. Quibus rebus moti Byzantii haud inuiti bellũ aduersus Rhodios ac Prusiam susceperunt. Prusiam accusare Primo Byzantios : Quod cum decreuissent imaginem eius erigere : rem postea segniter obliuioni tradidissent : Deinde longe magis indignari : Quod idem omni studio bellum qđ inter Achaeum Attalumque exarserat : dirimere contendissent: cum neminẽ lateret : pacem illorum rebus suis diuersis rationibus periculosam esse. Postremo illis obiicere : quod cum ad Attalum in ludis quos in honorem Minerue fecerat legatos misissent : ad se in gratulationibus deorum neminẽ transmiserant. Quibus omnibus rationibus aucta indignatione libenter cum Rhodus aduersus Byzantios sentiebat. Itaque cum legatis composuit : ut illi mari Byzantios aggrederentur : se idem terra non minoribus uiribus facturum pollicitus Belli igitẽ quod Rhodii aduersus Byzantios gesserunt hoc principium : Atque hec cause fuere. Byzantii principio incredibili audacia inierunt bellum : sperantes Achaeum uti erat pollicitus sibi auxilio futurum. Quare aduocato ex Macedonia Tiboete: eum Prusie opposuerunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quo huic ad defendenda ſua occupato: aliena infeſtandi facultatem auferrent. Ac Pruſiaſ eo quo diximuſ impetu in Byzantioſ profectuſ e ueſtigio fanum cepit locum natura muniſſimum: & ſupra ipſum ponti hoſtium ſitum: quod Byzantii non multo ante tempore ingenti pecunia mercati fuerant: oportunitate loci Pellecti: ne quam alicui commoditatem relinquerent in pontum uel ex ponto nauigandi: niſi id cum Byzantiorum uoluntate facerẽt. Preterea eam omnem partem Aſie: quam Byzantii multis ante annis tenuerant ferro ignique uaſtauit. Rhodii edificatiſ ſex nauibuſ quatuorque a ſociſ acceptiſ & Xenophanto duce conſtituto cum decem nauium claſſe in helleſpontum nauigarunt. Vbi nouem ex his uxta Seſtum conſtitutiſ quo uniuerſiſ aditum in Pontum prohiberent: cum reliqua dux ſecundante uento Byzantium aduolauit: tentandi gratia illorum animoſ: an exardeſcente iam bello cõſilii peniteret. Quoſ cum eodem animo repperiſſet: ad ſuoſ reuerſuſ: cum omni ſimul claſſe Rhodum redit. Inter hec Byzantii legationibuſ agebant: Alioſ ad Acheum mittenteſ rogatum ut ſuccurrere rebuſ ſuis maturaret: Alioſ in Macedoniam: qui Tibetem adducerent. Videbatur enim Bithynie regnum: non minuſ ad Thibetem: quam ad Pruſiam ſpectare: quod Thibeteſ Pruſie patruuſ foret Rhodii obſtinatione Byzantiorum cognita callide ac prudenter ſe geſſerunt. Cum enim Byzantioſ intellexiſſent omnem ſpem ſuam In Acheo ſitam habere: patremque Achei ſcirent a Ptolomeo in Alexandria in uinculoſ teneri: Acheum autem ſalutipatriſ ceteriſ omnibuſ poſt habitiſ intentum eſſe: de intẽdiſ ad Ptolomeum legatiſ: & Andromacho petendo agere ceperunt. Quo Acheum ſibi hoc tanto beneficio facerent obnoxium. Ptolomeuſ auditiſ que relata per legatoſ fuere: haud facile inclinari ad liberationem Andromachi uidebat: ſperanſ ſe illo uti in tempore poſſe: quod non dum compoſite reſ cũ Anthiocho erant: & Acheuſ iam ſine cõtrouerſia regnum adeptuſ longe lateque uireſ ſuaſ extenderat. Erat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

enim Andromachus Achei pater: & frater Laodices uxoris Seleuci? Verum tamen ut Rhodus gratificaretur Andromachum eis tradidit: quo eum si uideretur filio restituerēt. Rhodii per hunc modum uoti compotes facti: & simul aliis rationibus conciliato sibi Acheo precipuam spem Byzantius abstulerunt. Accidit preterea aliud quoque quod non parum Byzantios afflixit. Thibetes enim: quem ex Macedonia aduocatum supra memorauimus repente morbo correptus diem suum obiit. Que cum accidissent Byzantii omnino animis cecidere. Prusias contra aucta spe rei bene gerende simul ipse bellum ex Asia mouit: simul conductis in Thracia mercenariis militibus: usque adeo Byzantios | oppressit: ut ne exire quidem portas urbis que in Europam aspiciunt auderent. Byzantii omni spe nudati: bellumque undique asperrimum patientes: exitum aliquem rerum honestum querebant. Quamobrem apropinquāte ad urbem Cauaro Gallorum rege: & dirimere id bellum omni studio conante: Prusias simul & Byzantii rem omnem in manibus eius posuerunt. Quod cum intellexissent Rhodii propositum suum perducere ad finem cupientes Legatum ad Byzantios Aridicen misere: & cum eo Polemocles cum tribus triremibus. Volentes id quod in prouerbio est hastā simul & Caduceum Byzantius mittere. Cum igitur Legati Byzantium uenissent percussum est fedus: cum Rhodus quidem simpliciter: ut Byzantii a nemine in pontum nauigante uectigalia exigerent: quo facto Rhodii sociique eorum pacem cum Byzantius agerent: cum Prusia uero his uerbis. Esse Prusie atque Byzantius pacem atque amicitiam perpetuam. Neque Byzantios aduersus Prusiam: aliquo modo exercitum ducere. Neque Prusiam aduersus Byzantios. Restituere prusiam Byzantius omnes prouintias: oppida: populos: mancipia absque mercede aliqua. Preterea naues: sagittas: ac reliquam predam quam principio eius belli Byzantius abstulerat. Item ligna: regulas: laquearia que ex fano abduxerat. Siquidem Prusias aduentū Thibetis formidans oppida omnia e medio sustulerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

In quibus se recipere hostes potuissent. Postremo obligarũt Prusiam ceterosque Bythinie milites quicquid ex Misia abstulissent que sub ditione Byzantiorum erat : incolis restituere. belli igitur Prusie ac Rhodiorũ aduersus Byzantios hoc principium atque hec finis fuit. Sub idem tempus Gnosii missis ad Rhodios legatis triremes cũ quibus Polemocles nauigarat : & tris cataphractas naues petiere : aduersus eos qui nuper a se defecerant. Quo facto cum classis in cretam appulisset : eleuterne eam rem suspectam habentes quod paucis ante diebus Polemocles ut Gnosius gratificaretur : Thimarchum eorum ciuem occiderat : Primo de iniurijs questi mox Rhodius intulerunt bellum. Non multo ante hec tempora Lyttu quoque uarijs ceperant affligi difficultatibus. Denique omnis Creta in motu erat. Gnosii Gortiniique inito inter se federe : & omnia communi cõsilio agentes omnem insulam subiugarunt : urbe lyttiorum exceptа. Hanc quoniã sola iugum abnuerat omnibus utribus oppugnare nitebantur : equare eam tandem solo cogitãtes ut hoc exemplo ceteris ciuitatibus metus nouarum rerum incuteretur. Principio igitur Cretenses omnes bellum aduersus Lyttios gerebant : mox orta inter eos ex leui causa cõtentione: quod huic genti frequentissime accidit: dissidere inuicem ceperunt. Et polyneni: Cerete: Lampei: preterea Horii atq; Arcadei relicta Gnosiorum amicitia cum Lictijs sentiebant: Cortiniorum uarie erant sententie. antiquiores enim Gnosiorum. Iuniores uero Lyttiorum partes sequebantur. Gnosii mutatis repente sociorum uoluntatibus : cũ res preter opinionem accidisset: mille homines societatis iure ex etolia accersiuere. Quo facto seniores Gortiniorum ex tẽplo occupata arce Gnosios simulatq; Etolos introduxerũt Iuuenibusque partim in exilium missis partim crudelissime interfectis : urbem Gnasius dedidere. Eodem tempore cum forte Lyttii in hostilem agrum uniuersi irrupissent : nullo domi presidio relicto: Gnosii re p exploratores cognita urbem custode uacuã occuparũt: pueros q; & mulieres Gnosion misere. Debinc in censa per iram ac funditus euersa urbe

domũ remearunt. Lyttii ab expeditiõe ad urbẽ reuersi ubi
oĩa incẽsa ac diruta cõspexere: adeo animis cõsternati sũt ut
ne ingredi qdẽ urbẽ quisq; ausus fuerit. Sed oẽs eã cateruatim
circũeũtes gemitu ac lamẽtis & patriã & fortunã suã sũt pro/
secuti. Post hec cõuerso itinere se ad Lãpeorũ urbẽ receperũt
a qbus hũaniter & sũmo studio suscepti fuere: ac iã p ciuibus
pfugi atq; hospites itra unius diei spatiũ facti: bellũ cũ socius
aduersus Gnosios gerebãt. Lyttos Lacedemoniorũ colonia:
& omniũ Crete urbiũ antiqssima ita repẽte & miserabiliter
extincta ẽ. Pollyrenei & Lãpei ceteriq; oẽs eorũ socii uidẽtes
Gnosios quidem Etolorũ socios esse: Etolos uero Philippi &
Acheorũ hostes legatos ad regem atq; Acheos mittũt: qui de
fœda societate & auxilius mittẽdis agerẽt. Achei & Philippus
i cõmunẽ illos societatẽ accepere. Deide suppetias eis miserũt
Illyrios circiter q̃dringẽtos: quorũ dux erat Plator: Phocẽses
uero circiter centum. Qui cum uenissẽt: maximum momẽ/
tum Pollirreneis acheorum socius attulere. Siquidem intra
breue tempus auctis illorũ uiribus Eleuterneos: Cydoniatas
Aptereos alios q; complures a Gnosiorum societate deficere
sibiq; adherere cõpulerunt. Quibus pactis Polyrrenei socii q;
quingentos Cretenses Philippo & Acheis miserũt Gnosii nõ
multo ante tpe circiter mille Etolis miserãt. Ita utriq; alte/
rius gratia bellũ iuicẽ gerebãt: Gortinios exules pheastios
portũ p insidias ceperãt: ex quo eos qui erãt i urbe crebris
icursionibus infestabãt. Hic igit̃ erat Cretẽsiũ rex status. Sub
idẽ tpus Mithridates rex bellũ Sinopẽsibus iculit. In quo cũ
Sinopẽses subsidiũ p legatos a Rhodiis petiissẽt: Rhodii tris
uiros ad eam rem elegere. His ad centũ & quadragita milia
drachmarũ tradita: ut Sinopẽsibus de rebus ad bellũ necessa/
rius puiderẽt. Igit̃ qbus datũ hoc onus fuit utres uini parunt
circiter decẽ milia: Crimiũ laboratorũ trecẽta talẽta: neruorũ
laboratorũ cẽtũ talẽta: armaturas integras mille: aureorũ sig/
natorũ tria milia: naues onerarias q̃tuor: balistas pterea ac
tormenta omniũ generum magno numero. Legati his accep/
tis Sinopẽ remearũt. Ingens inuaserat Sinopenses timor ne
Mithridates terra mariq; urbis oppugnationẽ aggrederet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Sinope sita est in parte dextra ponti ubi phasis fluuius ingreditur mare. Est autē in quadam cheronneso protendēte in pelagus cuius collum asiam contingens & longitudīs fere duorū stadiorū p̄dicta urbs claudit reliqua pars charonnesi in pelagus protenditur estq; plana & ad ambulandū in urbē cōmodissima: a mari uero uenti/ tibus difficilis ac fere inaccessa: aditus habēs q̄ paucissimos. Quā/ obrem ueriti Sinopenses ne Mithridates tormentis machinisq; nō solum ab ea parte que asiā contingit: uerum etiā ab aliis lateribus dimissis in terrā copias urbem oppugnaret: omnē eam partē: que mari claudit uallo diligentissime munierūt? Constitutis militibus: qui hostes si uenirent. sagittis a terra arcerent. Quippe circuitus loci mediocris est: nec magno presidio indigens. Hec tum Sinope gerebātur. Philippus rex e Macedonia cum copiis profectus hinc enim superius digressionem feceramus in Thessaliam atq; Epirum exercitū ductabat: maturans per eas regiones trāsitum i Etholiā facere. Alexander autem & Dorimachus eodem tēpe de capienda per proditionem Egira cogitantes. Congregatis Oeanthie mille & ducentis Etholis: quippe ea urbs Etholoꝝ est. huic de qua loq/ mur opposita. nauibusq; ad transferandū paratis: oportunitatem perficiende rei prestolabantur. Perfuga quidam ex Etolia tādiu apud egiratas moram traxerat. Hic cū sepenumero animaduertisset custodes eius porte qua iter est egrū per hebrietatē negligentium se habentes eam rem Dorimacho retulit. & ad urbem noctu capi/ endam hortatus est: hominē alioquin huiusmodi rebus assuetū. Est autem egira urbs peloponnesi iuxta Corinthiacū sinū inter egirū & sicyonem sita in quodam colle aspero atq; difficili: ad parnasum uergens: distansq; a mari circiter septem stadia. Cum igitur trans/ fretationis tempus aduenisset: Dorimachus deportato exercitu & omnibus strenue prouisis anteq̄ diluesceret ad amnē peruenit p/ pter eū collē in quo urbs sita est defluentem hinc ipse & Alexāder atq; archidamus Pantaleonis filius. maxima multitudine etolorum comitati ad urbē feruntur ea uia que ab egio ducit. Perfuga cū uigiti aptioribus militibus aliquanto ceteros ob experientiā loci precesserat: ac per saltus pene inuios peruenerat ad menia: ubi per cloacam urbem ingressus. Custodes adhuc somno sepultos offendit quibus interfectis: uectibusq; securi abscissis nēine sentiente portā etolis reclusit. Quod conspicientes etholi magno impetu in urbē fe/ rūtur: temere nimiū atq; in cōsiderate se gerētes? Que res egiratis

quidem uictoriam ipſi uero cladem ſimul atq; ignominiã peperit. Etenim Etoli actũ de egiratis exiſtimantes cum primum ipſi intra menia conſiſterent: hũc in modũ ſe geſſere. Congregati aliq̃mdiu in foro conſtiterũt? Mox diluceſcente die ad priuatas utilitates oĩs conuerſi: palatiq; per urbẽ. Alii alias domos aggredi: fortunas ciuiũ dirripere: urbem totam populari: deniq; nulli rei preterq̃m prede intenti eſſe. Egirate magnitudine ac nouitate facti cõmoti: hi quidem ad quoq; domos graſſati hoſtes fuerant timore perculſi extra ciuitatem fugere: Etholis iam manifeſte urbem tenentibus: qui uero auditis turbarum clangoribus adhuc integra re familiari in ſubſidium ciuitatis exiuerant: oĩs ſeſe in arcẽ recipere: q̃mobrẽ hi quidem continue plures ac fortiores fieri etholi contra rario/ res debiliores q; illis ſe iugiter ad defenſionem urbis in arcem con/ gregantibus. his ſe per domos predandi gratia diuidentibus. Do/ rimachus & ſi imminens periculum animaduertebat: nihil tñ ob eã rem commotus incredibili audatia in arcem impetum facit: ratus q eo cõuenerant aduẽtu ſuo perterritos mox ſe etholis dedituros. Sed non defuit egiratis animus in propulſando periculo. Qui in/ credibili cõſtantia ac fortitudine animi perſiſtentes hoſtẽ arcebãt Vtrinq; igitur acerrime pugnabatur: & quoniam arx nullis erat circumdata menibus: pugna ſingulari certamini q̃ ſimillima cõmit/ tebatur aliquãdiu atrociter atq; equo i arte pugnatum eſt: his de patria ac liberis illis de propria ſalute dimicantibus. Ad extremũ tamẽ etholi fugere turpiter ceperũt qua capta occaſione egirate auctis animis eos inſequebantẽ. Ex quo accidit ut plurimi etholoq; dum pre ſtore tumultuarie fugerẽt: in ipſo exitu porte a ſe iuicẽ oppreſſi extinguerẽtur. Alexãder i prelio ſtrenue dimicans occi/ ſus eſt. Dorimachus in tumultu dum portam egredi contenderet accubuit. Reliq aut in eodẽ loco oppreſſi: aut p precipitia ruẽtes occiderunt. Pauci admodũ ſalui armis tñ turpiter in bello ãmiſſis ad naues peruenere. Per hũc modũ egirate perditã fere p ſignitiẽ patriam incredibili animi magnitudine recuparunt. Sub idem tẽpus Eurupides q dux ab etholis miſſus elienſibus fuerat pagratis Dymenſium & pharenſium & tritenſium agris: ingentem abigens predam: iter in Eliẽſem terram tenebat. Quod cum Miccus Dy/ menſis audiſſet qui forte ea tempeſtate in locum ducis Acheorum ſuffectus fuerat: auxiliantibus Dimenſi hac Pharenſibus & tritẽ/ ſibus abeuntes hoſtes inſecutus: dum in conſultius ruit: in hoſtium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

insidias lapsus profligatus ē: multosq; ex suis āmisit? Siqdē q̄dra/
ginta pedites desiderati: capti uero ducenti: Euripides re feliciter
gesta animo elatus paucos post dies rursus eductis copis: castellum
quoddam Dymensium opportunissimum cepit: quod incole murū
appellant: ferūtq; ab Hercule olim cum aduersus elienses bellum
gereret edificatum fuisse: que ueluti munimēto ac receptaculo belli
uteretur. Dymenses Pharēses & Tritēses supradicta clade affecti
& futura propter captum ab Euripide castellum formidātes prio
litteras ad ducē Acheorū dedere: quibus eū de rebus gestis certiorē
facerent: peterentq; aduersus Etbolos subsidiū. Post hec nōnullos
ex principibus ciuitatum suaq; legatos ad eundē miserunt. Aratus
neq; mercenarium militem contrabere poterat ob non solutum ab
Achais tempore Cleomenici belli militibus suis stipendium: & rebus
omnibus timide atq; imprudenter utebatur. Quamobrē & Lycurgus
athenium Megalopolitarum oppidum cepit: & Euripides preter
id q̄d supra mēorauimus alius quoq; circūstantibus oppidis potius ē
Dimenses Pharenses & Tritenses spe quā in duce Acheoq; habu/
erant frustrati iter se decreuere: nequa de incepsa pecūia in bellicos
usus Achais soluereē. Sēd ipsi per se mercēarios contraberent pe/
dites circiter trecentos: equites quinquaginta: quibus se patriamq;
tuerenē. Quo facto priuatis quidem rebus satis usi sunt consulere
nullam autem rerum publicarum rationem habuisse pessimū enim
ceteris exemplum dederunt quantu lacumq; ex causa res nouas
molien di. Cuius rei culpam merito quis in ducem transtulerit: per
segnicie m atq; ignauiam expectationem suorum fraudantē. Est
enim ita comparatum ut omnes qui in periculo sunt quādiu spem
subsidii in amicis ac socis habent tamdiu cum iis amicitiam putent
seruandam. Vbi uero spes omnis sublata est: tunc ipsi per se propis
rebus consulere cogantur. Quamobrem danda quidem uenia est
Dymensibus Pharensibus & Tritensibus q̄ in sūmo ciuitatū suaq;
discrimine mercenarios conducerent: duce Acheorum segniter se
habente. Quod uero erogare in cōmunes usus pecuniā noluerint
haud quaq̄ ignoscendū. Vt enim decebat nō pretermittere p̄bas
necessitates: ita erat turpissimū ea relīquere: que ad salutē cōis res
publilice pertinerent. Hic igitur erat peloponnesiacarum rerum
status. Rex Philippus peragrata iam Thessalia i Epiro aderat.
Hinc accepta multitudine Epirotarum una cum Macedonibus
quos secum duxerat: & trecentis fundītoribus quos ex Achaia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

habuerat: item trecentis Cirtensibus q missi a Messenis fuerant in Ambraciotarum regionem peruenit. Vbi si statim facto impetu in mediterrãea Etholie loca grassatus fuisset: hic finis totius belli erat futurus. Verum persuasus ab Epirotis ut primo Ambracum expugnaret occasionem Etholis prebuit ad resistẽdum: & qcqd necessariũ foret ad res suas tuendas prouidẽdum atq; parandum. Epirote enim priuatum cõmodum publice sotiorum utilitati pfe/rentes: affectantesq; summo studio Ambracum sue dictionis facere Philippum portati sunt hortati sũt ad eum locum obsidendum: & anteq; ulterius progrederentur capiendũ. Percõmodũ . n. futuꝝ rebus suis arbitrabant si Ambracia Etholos priuarent: ũcturam autẽ eã urbem q̃ facilime i potestatem suam si prius hoc loco po/tirentur. Est enim Ambracus locus & naturali situ & duplici muro munitissimus: ita undiq; paludibus clausus: ut unũ dũtaxat a terra aditum habeat: eumq; arctissimum ac manu factum preterea ipsi urbi ac prouincie Ambraciotarum q̃si supra caput imminet. Phi/lippus igitur a Epirotis persuasus positis circa Ambracum castris necessaria ad obsidionem parabat. Eodem tempore Scopas cõgre/gata Etholorum multitudine per Thessaliam profectus in Ma/cedoniam irruit: omnemq; regionem iuxta piertam montem ferro igniq; depopulatus cũ oĩs generis preda uersus dium abiit. Vnde cum ii qui locũ incolebant aufugissent: uicenia: domos: gymnasiũ funditus diruit nec his contentus porticus quoq; ingenti sumptu circa templum instructas intendit. Preterea omnia quecunq; uel ad ornatum uel ad usum ibi erant posita uastauit. Postremo regũ imagines omnes euertit. Hic igitur statim initio belli & q̃si primo impetu non solum homines uerum etiam deos aggressus discessit: reuersusq; in Etholiam nõ ut impius ac nepharius in deos immor/tales: sed ut bonus uir & bene de re. p. meritus atq; honoratus est magna spe futurarũ rerum Etholis addita. Ex hoc enim rebant ut nemo quidem in posterũ appropinquare regioni sue hostiliter auderet: ipsi uero populabundi non solum in peloponnesũ gras/sari ut consueuerant: uerum etiã in Thessaliam & Macedoniam libere posset. Philippus auditis que i Macedõia gesta erant: statiq; ignorantie atq; auiditatis Epirotarum penas luens. Ambracũ ob/sidebat: ubi omni genere machinarum ac tormentorum usus intra quadraginta dierũ spatiũ eo loco potitus est dimissoq; ibi fide pus abiis accepta Etholorum presidio desiderio Epiretorũ satisfecit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Ambraco eis q̃si per manus tradito. Post hec motis castris iter per propinquam uallem direxit: festinans Ambrachi cum sinum q̃m cellerrime transfretare: qui arctissimus est iuxta a cardanũ tẽplũ quod antium appellatur. Fluit autẽ his sinus ex mari siculo ĩter epirum & Arcananiam faucibus q̃m arctissimis. Vix enim ad sex/ centos passus in latitudinem patet. Vbi uero in mediterraneã ptẽ diffunditur latitudĩem habet fere centũ stadiorum: longitudinẽ incipiendo a mari siculo tricentorum stadiorum. Diuidiq; Epirũ ab Acarnania: a septemtriõe Epirum habẽs: a Carnaniã a meri/ die. Traiecto igitur cum copiis sinu Atarnaniã ingressus ad urbẽ Etholie peruenit: quam phoetiã uocant. Ductis secũ ex Acarna/ nia duobus milibus peditum: equitibus ducentis. Hic dispositis circa ũrbem castris post multa acriaq; certamĩa perendie q̃ eo uenerat urbem pactionibus cepit: relicta in eo post fidem ab iis ac ceptam Etholorũ p̃sidio. Sequẽti nocte qngẽti Etholi rẽ adhuc ĩ ĩtegro esse existĩantes ĩ suorũ subsidiũ uẽiebãt. Rex aduẽtu eoꝝ cognito dispositisq; ĩ itĩere insidiis magnã partẽ illorũ occidit reliquos cepit pauci fuga salutẽ quesiuere. Posthec distributo inter milites tri/ ginta dierum frumento: maximam enim ea urbs frumenti copiam habebat: in stratensem profectus est agrũ. castraq; iuxta acheloũ amnẽ posuit procul ab urbe circiter decẽ stadia. Hinc per om̃em prouintiam grassatus: neminem exire obuiam audente: oĩa ferro igniq; uastauit. Sub idẽ tp̃s Achai bello preter ceteros afflicti nec longe iam ab esse regem audientes missis ad eum legatis auxilium poscunt. Legati Philippo ad Straton oppidũ occurrunt: expo/ sitisq; uti mandatum fuerat necessitatibus suis subsidiũ precãtur: & regi ut transfretato rhio iter in terrã eliensẽ teneat multis suadẽt rationibus. Quibus auditis Philppus legatos quidem in presentia dimisit: consulturum se de rebus hmõi pollicitus. Ipse uero motis castris uersus metropolim profectus est. Quod sentientes Etholi relicta urbe omnes in arcem confugerũt Philippus in censa Me/ tropoli iter ꝓsecutus Conopen tendit. Vbi cũ congregati Etholi equites in transitu fluuii eis occurrere statuissent: loco ad uiginti stadia ab urbe remoto: & aut omnino prohibere eos transitu aut si transirent cum iis confligere: Philippus intellecto eorum cõsilio mandat scutatis: ut primi omniũ flumen ingrediantur: collectiq; in unum immota acie exitum tenent qui cũ dicto paruissẽt: etholi primis ordinibus quia conferti erant frustra tentatis: item postea

Antium
Ambracius s
Phoetia u
Straton op.
Conope

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

secundis & tertiis tandem desperatis rebus in urbē reuersi sunt: ac iā decetero Etholorum exercitus intra oppida cōmorabatur: Phi/lippus uero libere per omnem prouintiam discurrens populabatur uastabatq; omnia: compluribus ditioni sue subactis oppidis & situ & menibus munitissimis: castellisq; omnibus que in ea regione plurima erant funditus domo litis. Posthec remissius ac placidius faciebat iter: facta suis potestate in priuatas utilitates qua uellēt diuertendi. Affluentem deinde copia omniū rerū exercitū uersus eniadas mouit: positisq; iuxta peanium castris id primum decreuit expugnare nec longe post multis cōmissis certāinibus expugnauit urbem haud quidem magnam: quippe que minus mille passibus in circuitu patet: sed omni apparatu murorū: turrium: domorumq; haud ceteris īferiorē. Huius mēia euertit fūditus domos deuasta/uit: ligna tegulasq; ratibus transuehi per flumē ad eniadas iussit. Etholi primo ad defendēdam cēiadarū arcem accingere se ceperūt muro ac fossa preterea rebus ad propugnādum necessariis eā mu/nientes. Postq̄ uero appropinquare Philippum intellexerūt tīore perculsi fugam omnes arripuere. Philippus nemine iam resistente hoc quoq; oppido potitus exercitum in Calydoniam duxit ad op/pidum quoddam munitissimū: cui elaos nomen est: & menibus & ōi apparatus genere tutissimū. Macedones hoc quoq; oppido ꝑ uim potiti: passim de uastando Calydoniam discurrūt: deinde rursus ad eniadas reuertuntur. Phillippus cōsiderata loci opportunitate cum ad alias res gerendas: tum uel maxime ad transeūdum in pe/loponnesum: instaurare urbem menibus decreuit. Primo igitur arcem separatim muniuit deinde portu naualibusq; muro circum/datis hec quoq; cum arce coniunxit usus ad id opus peragendum materia: quam ex pianio uectam supra memorauimus. Cum ī his uersaretur Philippus littere e Macidonia afferuntur significantes Dardanios: quia de transitu eius in peloponnesū dubitarent sum/mo studio dilectum habere parareq; ad bellum necessaria ut mox in Macedoniam transierent. Que cum rex intellexisset extemplo succurrendum Macedonie ratus legatos Acheorū remisit. dato eis responso q̄ cum primū Macedanitas res collcare in tuto potuisset nihil sibi magis cure foret: q̄ cum oībus uiribus in Acheorū subsidiū uenire. Posthec motis castris sūma celeritate per ea ꝑ que uenerat loca reuertebatur. Transfretanti Ambracium sinum ex Arca/uania in Epirū in una lembo Demetrius pharius occurrit: quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

illyrio expulsum a romāis supra memorauimus. Hunc rex bēigne atq; humaniter amplexū iussit in Corinthum nauigare. Deinde p Thessaliā i Macedoniā proficisci. Demetrius igit̄ in Epirum p/fectus mox uti iussū fuerat se i Macedoniā cōtulit ad urbē pellā Dardanii cum per traces quosdam perfugas aduentū regis intel/lexissent timore perculsi subito exercitum dissoluere: quanq; nō longe iam aberant a Macedonia. Philippus cognita Dardanio4 penitentia potestatem suis omnibus fecit colligendi nouas fruges & in sicam cuiq; regionem abeundi. Ipse in Thessaliam profectus reliquam partem estatis lariss̄e egit. Sub idem tp̄s emilius paulus ex illyrus reuersus rome triumphauit. Hānibal sagunto per uim potitus in hiberna copias dimiserat. Romani nuntio de Sagunti excidio accepto legatos ad petendū bannibalem Carthaginē mit/tebant: simulq; necessaria ad bellū parabant. P. Cornelio &. Ti. Sempronio creatis cōsulibus quibus de rebus que p̄riculati dicēda erant superioribus libris exposuimus. Nunc autē sūmatim mēorie gratia repetimus ut quod polliciti fuimus oia & simul ante oculos legentibus ponantur. Primus igit̄ eius olympiadis annus p̄fectus est. Et boli cum tempus comitiorum adesset: Dorimachum ducem belli elegerūt. Hic subito magistratū ingressus collecto armatoꝝ numero in superiorem partē epiri impetū fecit: oēmq; eā regiōem fede nimium atq; hostiliter depopulatus est: ut non tam utilitatis sue q̄ excidii epirotarum gratia id facere uideretur. Tū ad tēplū Dodonei iouis profectus portitus incendit: ornatū omnem templi deuastauit ipsam denicq; edem euertit. Adeo nullum uel pacis uel belli modum seruare etholi sciunt: sed in utroq; cōmunē hominū morem & quasi naturalem legem transgrediuntur. Hec tot taliaq; cū Dorimachus patrasset domum reuersus est durante aūt adhuc hyeme: omnibusq; & aduentum Philippi ob tempestatē anni de/sperantibus rex acceptis tribus milibus clipeatorum: & scutatorum duobus milibus: cretensibus item trecentis: preterea quadringētis fere equitibus larissa profectus est: & facto per Thessaliam itī/nere i Euboeam penetrauit. Inde per Boeciam & Magaridam tp̄e equinoctii hyemalis Corinthū uenit ita clam facto itinere: ut ne/mo peloponnesiacorum id senserit. Clausis deinde Corinthii portis & custodus itineri ad bibitis sequenti die Aratum seniorem ex Si/cyone ad se uocauit. Tum litteris adducem achaeorum & cura/tes missis cercioresq; eos fecit quando & quo loco conuenire armati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

deberent. His rebus hunc immodum constitutis iter ceptum pro/
secutus castra iuxta Dioscurū phliasie oppidū posuit. Per idē tps
Euripides cum duabus legionibus Elensium & Piratis ac merce/
nariis militibus ut omnes ad duo milia & ducenti essent: preterea
cum equitibus fere centum Psophide discedens per Phenicem &
Stymphaliam terram iter faciebat ignarus progressum Philippi
& uastari ac depopulari Sicyoniorum agrum cupiens. Accidit ut
qua nocte Philippus iuxta dioscurium castrametatus est Eu/
ripides cum prima luce eum locum pretergressus Sicyoniorū agꝝ
intrauerit. Certenses quidam ex iis qui cum Philippo erant cū for/
te relictis ordinibus pabulatum proficiscerentur in eum incidere
Ex quibus cum presentiam Macedonum cognouisset nihil cuiq̃m
locutus eadem q̃ uenerat uia domum copias reduxit tendens spe/
ransq; se fatile postq̃ Stymphaliam terram preter gressus fuisset
locis iniquis fundere Macedonas posse. Philippus hac re minime
intellecta cum prima luce uti statuerat exercitum mouit: iter sub
ipso Stymphalo uersus Caphyas facturus. Eo enim conuenire in
armis Achaeos per litteras iusserat. Cum primi milites Macedonum
ad summitatem eius collis peruenissent: quem incole apeaurum uo/
cant: distatq; a Stymphaliorum urbe circiter decem stadia forte
fortuna accidit: ut Elensium quoq; primi ad eandem summitatem
peruenirēt. Qua re cognita Euripides iniquitate loci ac temporis
perterritus fugā cum paucis arripuit. Et per saltus pene inuios ps/
phidem peruenit. Reliqua multitudo Elensium simul deserta a
duce: simul nouitate rei perculsa aliquamdiu quid agendum foret
dubitauit. Posthec ex genere armature: Galeati enim Macedōes
procedebant Megalopolitanos eos esse rati conforta acie & ser/
uatis ordinibus aliquantum processere salute haud quaq̃ despata.
Vbi uero propinquiores facti sunt Macedones ueritatem rei tam
plane intelligentes omnes se abiectis armis in fugam se uerterunt.
Ex his fere mille & ducēti uiui in potestatem hostium peruēere.
Reliqui aut a Macedonibus instar pecudū truculati: aut p preci/
pitia lapsi mortem obiere. Pauciores centum fuga seruauit. Phi/
lippus preda & captiuis Corinthum missis iter prosequitur. Pelo/
ponnesus id factū mirabile usum: fama eodē tempore & aduentū
regis & uictoriam nuntiante. Cum per Archadiā iter rex faceret
multis i itinere niuium ac locorum difficultatibus fatigatus tertio
die in tēpesta nocte Caphyas uenit. Hic curatis triduo corpibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

& arato tuntore cum eo pus quas habebat secũ accepto: ita ut esset exercitus omnis ad decem milia hominum Psophidem per cletoriã uenit cógregata ex ciuitatibus per quas transiuit telorum ac scalarum multitudine. Est aũt psophis antiquissimum archadum oppidum in medio peloponnesi situm: eam partem Achaie contingẽs que ad occidentem uergit: & elitensium regioni peroportune imminens. per quos tum forte regebatur. Ad hanc Philippus tertio postq̃ caphyis discesserat die profectus castra in oppositis urbi collibus collocauit ex quibus urbem & circunstantia omnia loca tuto cernere poterat. Hinc igitur cum munimenta urbis animaduerteret aliquamdiu ancepsi consilii fuit. Ab occidente enim iuxtã incenia urbis uelocissimus torrens defluit: qui cum magna hyemis parte intransfretabilis sit: aditum ad urbem ex eo latere prohibet? Ab oriente uero Erimanthum habet magnum ac precipitẽ fluuium: de quo multa a poetis atq; hystorias narrantur. Torrẽs ipse de quo supra diximus in Erimanthum defluens tertium quoq; a meridie latus tutissimum reddit. Quarto autem quod ad Septemtrionem uergit collis superstat asper atq; difficilis. & quasi oportunissime arcis locum tenens. Ita urbs a tribus lateribus aqua a quarto tuta redditur colle preterea ex omni parte menibus clauditur magnitudine atq; opere excellentibus. Postremo erat in ea Elitensium presidium: & Euripides fuga seruatus proxime se eo receperat. His omnibus consideratis Philippus partim ab expugnatione urbis retrahebatur ob difficultatem rei partim ob loci oportunitatem ad eam obsidendam inflammabatur. Nam q̃ntum tunc ea urbs detrimenti Acheis atque Archadibus afferebat cum munimentum quoddam & quasi receptaculum belli tutissimũ elitensibus foret: tantum e cõtrario si caperetur allaturã elitẽsibus detrimenti & munimentum ac receptaculum belli arcadibus futuram arbitrabatur. Quamobrem in hanc tandem sñiam ẽclinatus Macedonibus nunciauit: ut cum prima luce refecti cibo corporibus omnes instructi ac parati forent. Postbec Erymanthi pontẽ transgressus nemine ob nouitatem ac magnitudinem rei iter eius impediente sub ipsa urbis menia intrepidus uenit. Euripidem cesterosq; qui in ciuitate erant factum id ancipites consilii fecit. Nam neq; ut expugnari a se posse urbẽ adeo munitam existimare Macedones putabant: neq; diutius ea ãni tempestate obsidionem tollerari. Quamobrem ne per proditionem uocati essent ab aliquo

Psophis op

Erimanth

in tra urbem habitantium uerebantur. Vbi uero nihil eiusmodi in ciuitate tentari uident: magna pars ad defendēda mēnia cōcurrit. Mercenarii Etiensium per portam castris supereminentem erup/tione facta in hostes feruntur. Philippus tribus in locis qui scalas menibus admouerent constituit: & sufficienti Macedonū numero singulis partibus addito dari per p̄conē signum iubet. Quo facto incredibili ardore oīs pugnam capessunt. Obsessi principio acer/rime propugnantes resistebant multis ex scalis cum transcendere menia conarentur deiectis. Vbi uero & tela & omnis necessariarū rerum apparatus propugnantibus defuit utpote qui ex īprouiso ad menia cōcurrerant: nec pterriti Macedones retrahebant gres/sum sed in deiecti locum proximus quisq; scalas ascendebat cōuersi tandem in fugā obsessi omnes se in arcem recepere. Ex iis qui cū rege erant Macedones quidem menia transgrediuntur: Cirtēses uero cum his qui ex superiore urbis parte eruptionem fecerant congressi ad extremum eos adegerunt ut abiectis turpiter armis capesserent fugam quos ingenti impetu insecuti multis eorum in itinere interfectis unā in urbem irruere. Ex quo accidit ut eodē fere tempore undiq; capta urbs fuerit. Vniuersi ciues cum filiis & uxoribus in arcem confugere. Idem ab Euripide factum: reli/quisq; qui id periculum euaserant. Macedones urbem īgressi pub/lica priuataque omnia diripuere. Deinc quietem agentes in ci/uitate morabantur. Qui arcem tenebant cum & cōmeatu & oībus necessariis carerent prospicientes futurum de deditiane agere ce/perunt. Misso igitur ad regem caduceatore: & accepta uenia mit/tende legationis. Principes ciuitatis & cum his Euripidem ad Phi/lippum mittunt hi cum rege composuere ut dedita arce liceret ciuibus simul atq; aduenis libere abire. Quo facto rursus in arcem redierunt: tussi a rege ne prius inde discederent: q̄m ipse ex urbe copias eduxisset: ne forte in milites suos incidentes preda fierent. Rex ob tempestatem anni necessario in ea urbe aliquot diebus moram traxit. In quibus uocatis in contionem Achais qui in ex/ercitu erant multa locutus est de situ atq; oportunitate eius urbis ad presens bellum gerendum. Et fidem ac beniuolentiam suam in eam gentem pluribus uerbis commemorauit. Postremo tradere se inquit eam urbem Acheis quo pallam intelligerent hoc sibi pro/positū esse: omnibus i rebus gratificari Acheis: nihilq; i rebus illorū studii ac promptitudinis ommittere. Que cum dixisset agentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

gratiã Achaeis: & benuolentiam regis amplexantibus: Philippus cantionem dissoluit. Nec multo post iussis conuenire militibus lassionem uersus exercitum mouit. Psophidi relicta arce in ciuitatẽ uenere omnesq; in suas q̃sq; domos reuersi sũt Euripidẽ cũ suis p̃mo Corinthũ, deinde Etholiã abiit. Duces Achaeaq; p̃tes Proslaum Sicyoniũ cũ sufficiẽti p̃sidio i arce posuere. Vrbi Pythiã Pellenensẽ p̃fecerũt. Hũc finẽ res Psophidiorũ sũt sortite. Elensium presidium quod lassioni erat: pspecta Macedonũ presentia: & his que Psophidi gesta erant per nuntios cognitis magnitudine rerũ deterriti urbem deseruerunt. Quo factum est ut philippus simul & uiderit eã & ceperit. Hanc quoq; Achais in eadem benuolentia permanẽs dono dedit. Similiter Straton ab Elensibus captum Telphusius tradidit. His gestis post eius diei diem quintum olympiã uenit. Hic peractis deo rite sacrificiis: ac epulo publico ducibus facto: recreatisq; triduo militibus postr idie educit copias: & i Elensem agrum profectus predãdi copiã militibus facit. Ipse iuxta Artemisum castramotatus non longe post abducta inde preda: rursus Dioscurium redit. Vbi crebris per prouinciam incursionibus factis ingens hominum multitudo capta plurimi in propinquas uillas ac locos natura munitos se recipere. Est enim Elensium regio & multitudo corporum & copia omnium rerũ inter ceteras peloponnesi regiones refectissima. Quippe magna pars habitantium ita agriculture dediti sunt: ut secundam & tertiam etatẽ ruri agentes: multis alioquin diuitiis prediti: nunquam ciuitatem ingrediãtur. Quod ideo accidit quia optimates ciuitatis cultores agros curare habent magnaq; diligentia ac studio obseruant ne quid uel ad usum uite necessarium non habeãt uel per iniuriam ab aliquo patiantur. Videntur autem mihi hoc uetares instituisse: tum ut allicerent homines ad hanc regionem habitandam: tum potius q̃ olim sacram uitam uiuebãt: cum grecorum omnũ propter certamen olympicum concessione sacram & tutissimam regionẽ habebant omnium malorũ & omnes bellici tumultus expertes. Postq̃ uero orta inter Archades de lasione & pisa contentione coacti sũt bellum pro patrie defensione suscipere: ac pristinum uite rationẽ mutare: nullã ãplius curam habuerunt consequẽdiueterẽ illã & q̃si hereditariam a grecis libertatem sed in eodem statu permansere haud rectam futurarũ rerum prouidentiam facientes. Nam si qã omnes a dus immortalibus p̃camur quodq; ut assequamur omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

sustinemus: & quod omnium confessione indubitatum est apud homines bonum: pacem uidelicet atq; concordiam: si hoc inquam seruato officio atq; iustitia consequi a grecis aliqui imperpetuum possint: & uel contemnāt id ac pronihilo habeant uel aliquid pluris estiment & nonne stultissimi sint: & omni ratione carentes? Sed per iouem dicet aliquis si qui hanc uiuendi ratiōem custodiant inutiles erunt ad resistendum si quando bello aut alio iniuriarum genere infestabuntur. At hoc certe perrarum est. Quod si aliquando acciderit cōmuni grecie auxilio defendi poterunt? aut si priuatim ab aliquo offendentur haud difficile erit per se uersos mercenarios cogere ex pecuniis quas longa pace ac tranquillitate rerum comparauerint. Nunc autem id timentes quod rarissimum est: & preter omnium opinionem accidit continuis bellis ac turbationibus seq; & regionem suam conficiunt. Hec quidem libenter de Eliensibus memorauimus: quoniam nulla unq̄ tempora maiorē eis q̄m hec nostra oportunitatem prestitere consequendi eam de qua locuti sumus ab omnibus libertatem. Hanc igitur regionē uti supra diximus ex ueteri cōsuetudine passim ac secure populi habitabant. Quamobrem innumerabilis multitudo hominū a Macedonibus capta. Multis alioquin ī tutiora se recipientibus. quippe ingens hominum & beluarum ac plurimarum denique rerum multitudo congregata erat in propinqua uilla: que uulgo thalamus dicitur: ꝙ regio que eam amplectitur arctissima est ac perdifficis aditu: & uilla ipsa aspera ac fere inaccessa. Philippus cum nuntiatum esset magnam mulititudinem eo conuenisse nihil intētatum relinquere uolens cum mercenariis militibus loca preoccupat in aditu eius peroportuna. Ipse relictis in castris impedimentis ac magna ꝑte copiaꝝ cū scutatis & leuioris armatē militibus ꝑ loci angustias ꝓcedit ac nēine iter īpediēte ad uillā ꝑuenit. Cuius rei magnitudīe qui eo cōfugerant deterriti & siul īparati ad bellicos usus atq; insueti: preterea multos ꝑ etatem inutiles ad bellum secū habentes confestim se dediderunt. In quibus erant mercenarii milites ex uariis generibus fere ducenti: quibus preerat Amphidamus dux Eliensium. Philippus omni genere prede: & quinque milibus hominum potitus. preterea quadrupedum infinita pene multitudīe in presentia quidem ī castra rediit. Postea uero cum honustus p̄da miles inutilis ad res gerendas uideretur: motis castris rursus olympiam remeauit. Apellos unus erat ex tutoribus ab Antigono

lamus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

puero relictis: & tunc auctoritate ac gratia plurimũ apud regem pollebat. Hic cum agitare animo cepisset: quo pacto Acheorum gentem in eum statum posset adducere: in quo Thessali erant ne/fandum orsus est facinus. Thessali quippe secundum leges suas ui/uere: multumq; differt a Macedonibus uidebantur. Tantum aũt aberat ut ab his quicquam different: ut omnia instar Macedonũ paterentur atque ea omnia facerent que regibus uiderentur. Quamobrem ad hoc intentus Appelles eorum qui in castris erant tentare animos cepit. Primo igitur Macedonibus mandauit ut sp Acheos si qui forte loca preoccupassent ex stationibus expellerẽt item predam ab his auferrent. Posthec quamlibet leui ex causa uerberari eos per ministros iubebat. Si qui uero aut de huiusmodi iniuriis quererentur: aut auxilium uapulantibus ferrent ipse eos in uincula ducebat: sperans tandem per hunc modum efficere: ne quid graue Acheis ex consuetudine uideretur: quod regi libitum esset. Ceterum cum congregati quidam Achaici iuuenes ad Aratũ uenissent: & consilium Apellis patefecissent Aratus ei rei initio suc/currendum ratus ad Philippum uenit: ductisq; secum iuuenibus rẽ ordine regi exposuit. Quibus auditis Philippus iuuenes quidẽ bo/no animo esse iussit: utpote quibus nihil tale imposterum contin/geret. Appelli in mandatis dedit: ne quid amplius sine ducis sentẽ/tia de Acheis statueret. Philippus quidem certe & eloquentia ac suauitate orationis in militũ contionibus: & in rebus bellicis callidi/tate atq; audatia non solum militum: sed omnium peloponnesio/rum iuditio prestabat. Nec facile fuisset regem reperire pluribus nature dotibus ornatum. Solertia quidem & memoria & gratia erat in hoc homine insignis. preterea aspectus imperio dignus: re/gia potentia: maximum robur & inaudita in rebus bellicis animi magnitudo. Quibus tot tantisq; uirtutibus cum imperii fundam̃ta iecisset: que tandem causa naturam eius peruerterit: & ex iusto ac pio rege impium ac scelleratum tyrannũ fecerit: haud facile esset disserere. Quamobrem hoc in aliud tempus reseruandum. Nunc ad propositum reuertamur. Philippus motis ex olympia castris primo phariam uenit: deinde Eream: ubi uendita preda de qua supra memorauimus põtem supra alphium struxit: uolens illac iter in triphaliam facere. Per idem tempus Dorimachus Etholorum dux petentibus subsidium Eliensibus cum ager eorum deuasta/retur circiter sexcentos Etholos: & ducem Philidam misit. Hic in

Alphiũ. H.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Elienſem regionem profectuſ acceptis Elienſium mercenariis nu/
mero fere quingentis: preterea urbanis mille: item una cū eētinis
in ſociorum ſubſidium in Triphaliam uenit: que a Triphalo Ar/
chade nomen habens in peloponneſo ſita eſt: inter Elienſium ac
Meſſeniorum regiones. Vertitur autem in libycū pelagus: Ach/
aiam contingens ad occidentem hyemalem contineq; has urbes.
Samicon. Lepreon. Hygiannan. Typaneas. Pyrgon. Epion.
Bolacas. Tylangion Phryxan. Quas cum paucis ante tempori/
bus Elienſes tenerent. Alipheirenſium quoq; urbem acceperant:
que antea Archadie erat: Alliado Megopolitano quo tempe ty/
rannidem exercebat hanc illis per permutationem tradente. Si/
mul ac autem Triphaliam ingreſſus eſt Philidas Elenſes quidem
Lepreon: mercenarios Alipheirā miſit. Ipſe Etholos ſecum habēs
Tybanis morabatur. Philippus relictis impedimentis & flumine
Alpheo per pontem traiecto quod iuxta eree urbis fluit menia:
Alipheiram uenit. Que in colle quodam ſita ex omni pte prerupto
pluſq̄m decem ſtadiorum iter in aſcenſu continet. Habet autem
in ſummitate collis arcem: & Eneam minerue ſtatuam longe a ce/
ceteris ſpecie ac magnitudine differentem? Que a quo aut cuius
ſumptibus quo ue tempore erecta fuerit etiam apud eius loci in/
colas dubitatur. hoc inter omnes conſtat opus eſſe inter omnia
opera Hecatodori & Soſtrati excellentiſſimum. Cum igitur cla/
rus ac Serenus aduenisſet dies Philippus diſpositis in aurora plu/
ribus in locis uis qui ſcalas ferebant & ante eos mercenariorum or/
dinibus ac deinde Macedonum collocatis cum primum ortus eſt
ſol omnibus mandatut facto impetu collem aſcendere & oppug/
nare urbem maturent. Quibus mandata peragētibus accidit ut
Alipheirenſes ad eum ſemper locum omnes concurrerent in quo
magis eniti Macedonas uidebant. Sub idem tempus Philippus
delectos ex omni numero milites ſecum habens clam per prerupta
quedam loca ad arcis menia deuenerat. Hic oppugnantibus ex
omni parte urbem militibus: & ſcalas undique menibus admouē/
tibus Philippus quoque receptaculum quod circa arcem erat ag/
gredi cepit: eo quod ſtatim quia uacuum militibus erat potitus ē.
Quod ubi Alipheirenſes ex menibus perſpexere recenti periculo
deterriti timentesque ut occupata a Macedonibus arce nulla ſibi
ampliuſ ſpes ſalutis relinqueretur confeſtim omnes deſertis meni/
bus ad arcem confugere. Quo facto Macedones ſubito & menia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

& urbem occuparunt. Posthec qui arcem tenebant missis ad Phi/
lippum legatis salutem pacti arcem quoque dedidere. His rebus
peractis perterriti Triphalie populi de sua ac patrie salute con/
sultabant. Philidas Typaneis profectus direptis quibusdam do/
mibus Lopirum fugit. Talis tunc merces etolorum socius persolue/
batur: ut non solum in summo rerum discrimine destituerentur:
uerum etiã ea paterentur a socius que uix perpeti ab hostibus de/
buissent Typaneate urbem e uastigio Philippo dediderunt. Idẽ
hipanan habitantes fecere. Inter hec Phialenses auditis que gesta
in Triphalia fuerant Etholorum societatem detestantes locum
iuxta Polemarchium armati cepere. Pirate Ethalorum: qui cum
forte Messeniorũ gratia i ea urbe morabãtur principio resistere
phialensibus conati sunt: postea cum animaduerterent universam
ciuitatem unanimiter convenire a proposito destiterunt: & col/
lectis sarcinis suis ex urbe sunt profecti Phialenses missis ad Phi/
lippum legatis seq; & urbem in potestatem regis posuere. Quibus
peractis Leprete occupato urbis poportuno loco de eiciendo ex
urbe Elienstum & Etholorum & Lacedemoniorum presidio con/
silium inierunt Phillidas principio nihil ob eam rem motus in ci/
uitate permanebat. Cum uero in terra rex Taurionem cum pte
copiarum in Philiam misisset: ipse autem cum reliquo exercitu le/
preon uenies iam non longe abesset: Phillidas ceteriq; qui cum
eo erant nuntio eius rei accepto animis cecidere. Lepreate e con/
trario audaciores facti rem dignam memoriam peregerũt. Quip/
pe mille elienstbus in urbe existentibus etholis item mille quingẽtis
mercenariis Lacedemoniis ducentis preterea his arcem obtinẽtibus
tanta tamen animi magnitudine fuere ut minime deserendam i tã
aspera rerum conditione patrie salutem existimauerint. Cum igiẽ
Phillidas animaduerteret Lepiratas forti animo inceptum p/
sequentes & iam appropinquantes urbi Macedonas intueretur
nulla amplius salutis spe relicta cum Elienstbus & Lacedemoniis
arripuit fugam Lacedemonii quidem facto per Messenen itinere
domum redierunt Etholi uero cum duce Phillida Sanicum uersus
profecti Lepirate ciuitate in potestatem accepta legatos ad regẽ
de conditionibus tradende urbis miserunt. Quibus auditis rex ex/
ercitus sui partem Lepreó misit. Ipse cũ scutatis & leuioris armate
militibus aliq̃diu Phillidam persecutus impedimẽtis oibus potitus ẽ.
Phillidas se intra castellũ recepit. Hoc in loco rex castrametatus

Tipanen vel
hipana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

aduocatus Lepreo ceteris copus obsidende urbis consilium simulat. Qua re perterriti Etholi atq; Elienses: ut qui nullum ad obsidionem remedium preter manus habebant agere cum rege de salute ceperút. A quo accepta fide inde profecti Elim abiere. Rex Samico e uestigio potitus est. Posthec alius quoq; ad eum supplices uenientibus Phrixan accepit: Stylangion: Epion: Bolacas: Pyrgon: Epitalion. Quibus rebus peractis Lepreum remeauit uniuersa Triphalia intra sex dierum spacium dictioni sue subiecta. Hic lepreatas pro tempore hortatus: ac sufficienti presidio i arce collocato: Heream exercitum duxit Ladico Acarnane duce in Triphalia relicto. Cum autem ad eam urbem peruenisset predá omnem inter milites distribuit: postea accepto inde cómeatu iter media hyeme Megalopolim tenuit. Quo tempore Philippus in Triphalia uersabatur: Chilon Lacedemonius regnum ciuitatis ad se spectare existimans: & in solentium magistratuum in eligendo Lycurgo grauiter ferens nouarum rerum consiliú agitare animo cepit. Ratus autem facilime se multitudinis beniuolentiam adepturum si Cleomenem secutus: diuisionis agrorum denuo faciende spem inuiceret se ad id peragendú accinxit. Communicato cú quibusdam amicis consilio participes eius rei ducentos accepit. Verú cum animadverteret maximum sibi ad exequendam intentionem suam impedimentum afferre Lycurgum & magistratus per quos rex fuerat creatus: huic primum rei prouidendum existimauit. Magistratus igitur cum forte omnes cenarent ex improuiso aggressus crudelissime interfecit: fortuna illis dignam rebus a se patratis penam subministrante. Etenim a quo & cuius rei gratia hoc sunt passi merito quis illos dicet perpessos esse. Chilon hoc facinore patrato confestim se ad Lycurgi domum contulit: & quamq̃m ille domi erat fieri tamen eius compos non potuit. Nam per domesticos quosdam & uicinos clam domo abductis occultis ac pene inuisis locis Pellenē migrauit. Chilon tanta rei oportunitate frustratus rem grauiter & acerbe ferens quod cósequens erat facere coactus est. Profectus enim in forú inimicis omnibus manus iniecit. Amicos ac familiares hortatus est: reliquos in spem nouarum rerum inducere conatus. Nemine autem id factum probare: sed potius irritatis in se ciuium animis timens quod futurum erat: clam ex urbe abiit: solusque in Achaiam exul ac patrio solo electus peruenit. Lacedemonii cognito Philippi regis aduentu omnia que disperse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

per prouintiam erant in oppida reduxerunt. Oppida ipsa presi/
dijs ac reliquis necessarijs rebus munijuere : Atheneo Megalopo/
litanorum quia peroportunus locus hostibus uidebatur funditus
diruto. Philippus Megalopoli cū exercitu profectus Argos per
Tegeatanum agrum contendit & in ea urbe residuum hyemis cō/
moratus est:cum relique uite genere:tum maxime rebus i hac ex/
peditione supra etatis fidem gestis maximum apud amnes nomen
consecutus.

Appelles nequaquam iussu regis a proposito retractus agere pau/
latim sub iugum Achaeos nitebatur. Ad quam rem perficiendam
cum obstaret Aratum ac ceteros qui cum eo erant animaduerteret
regemq; his & presertim seniori plurimum tribuere q plurimum
apud Achaeos auctoritatis haberet uirtuteq; & prudentia presta/
ret. Hos primum aggredi iniurijs cepit. Scrutatus qui nam diuer/
se Arato factionis in Achaia forent singulos quoque uocari ad
se iussit. Hos benigne atque humaniter amplexus suadendo atq;
hortando ad amicitiam suam prouocabat. Deide singulos regi cō/
mendans ostendebat eum si Arati partes foueret:secundum scrip/
tum societatis fedus Achaeis usurum. Si uero consilio suo usus illos
in amicitiam reciperet:de omnibus peloponnesijs suo arbitrio dis/
positurum. Ad hec cum comitiorum tempus appropinquaret de
eligendo ex hac factione duce cogitabat. Quamobrem hortari
regem cepit ut ad cōmune Achaeorum consilium egium proficis/
ceretur ueluti inde in Elaeensem agrum iter facturus. Quibus
uerbis persuasus rex constituto tempore Egii adfuit: & partim p
seipsum hortando : partim per suos deterrendo uix tandem uoti
cō pos euasit. Itaq; dux electus est Eperatus. Timoxēus uero quē
Aratus nominauerat repulsā habuit. Posthec philippus motis egio
castris factoque per patras & dynen itinere contulit se ad castellū
quod murum incole uocant i Dymensium agro situm: & nō mul/
to ante tempore ut supra memorauimus ab Euripide captum.
Quod dum cupide reddere Dymensibus festinat istructo paratoq;
exercitu aggressus : usque adeo presidium elaeensium terruit : ut
confestim seque & castellum dediderint:haud magnum quidem situ
sed & natura loci & mūnibus munitissimū. Quippe minorē q̄m q̄tu/
or stadiorū circuitū cōtinet menia uero in altū plus triginta ulnis
eriguntur. Hoc mox Dimēsibus restituto Philippus per prouinciā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

predabundus discurrit. Qui passim ferro ignique deuastata omni genere prede honestus Dymen remeauit. Apelles assecutum se propositi partem existimans: quod dux ex sententia sua fuerat electus: rursus se ad Aratum uertit: cupiens regis animum ab illo prorsus alienum facere. Orsus autem est calumniam ex causis q̃s dicemus. Amphidamus Elitensium dux in ulla quam Thalamum uocant sicuti supra memorauimus captus simul atq; in olympiam cum reliquis captiuis missus peruenit: temptare per quosdam regis colloquiũ cepit. Ad quẽ cũ delatus fuisset posse se inquit Elitenses in amicitiam ac societatem eius asciscere. Quibus uerbis persuasus rex sine mercede Amphidamũ dimisit iussum nuntiare Elitensibus si inire secũ societatem uellent omnis se captiuos gratis dimissurum prouinciam ab omni periculo tutam seruaturum permissurum p̃terea ut in libertate uiuerent: nullum presidium apud eos positurũ nullum tributum exacturum potestatem cõducendi mercenarios cum res sue ferrent illis permissurum. Ea cum audiuissent Elitenses quanquam magna atque utilia offerebantur: conditionem tamen renuerunt. Ex quo Apelles sumpta occasione calũne ad Philippum profectus. Aratum inquit ceteroslque eiusdem factionis Achaeos ueram amicitiam cum Macedonibus nequaquã seruare nec in uera societate cum eo permanere siquidem hos fuisse causam ne Elitenses oblatam sibi societatis conditionem acciperent. Nam quo tempore Amphidamum ex urbe olympia olim miserat priuatim hominẽ allocutos suasisse: nequaquã expedire peloponnesiis ut Philippus Elitensiũ dominus fieret. Ob eã causam Elitenses spretis cõditionibus pacis amicitiam cum Etholis seruare: bellumq; Macedonum pacti. His auditis Philippus accersiri Aratum cum Achaeis iubet: & in eorum cõspectu Apellem eadem omnia referre. Qui cum ad presentiã regis uenissent Apelles ea omnia audacter atq; intrepide locutus est. Ac postremo rege adhuc tacente talia quedam subiunxit. Quando quidem uos ita ingratos Rex Oarate ac fraudulentos reperit: statuit cõuocatis Achaeis: & ratione facti exposita in Macedoniam reuerti. Ad hec Aratus senior debere inquit regem nemini quicq̃m temere credere. Sed cum aduersus socios atque amicos aliquid narratur rem omnẽ prius discurrere q̃m calumnie fidem adhibeat. Hoc enim regium esse: & in omni genere rerum utile. Quamobrem impresentiarum in hac calumnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Apelles uocandos esse qui rem audiuerunt: ipsum Apellem unam introducendum nihil deniq; ōmittendum: quod ad inuestigandam ueritatem pertineat: anteq̄m conuocatis Acheis rem illis detegat. Que dicta cum regi placuissent: & se respondisset diligenter rem uestigaturum: in presentia quidem abierunt. Paucis uero interiectis diebus: cum Apelles nullam rerum a se dictarum probationē fecisset: fortuna optimum in nocentie testimonium. Arato subministrauit. Etenim Elienses quo tempore Philippus prouintiam deuastabat: Amphidamum suspectum habentes capere eum decreuerant ligatumq; Etholiam mittere. Quod senciens Amphidamus fuga clam facta primo Olympiam uenit: deinde factus certior Philippū Dyme ad dispensandam predam cōmorari: summa celeritate ad eum profectus est. Aratus cum primum nuntiatum est eiectum patrio solo Amphidamum adesse letitia affectus: ut qui a se sciebat nihil aduersus Macedonas commissum regē adit & ut Amphidamum uocet precatur. Hunc enim optime reddere rationem posse de iis que sibi ascribebantur: utpote cui hec fuissēt dicta. Preterea hunc uera facile elocuturum: cum philippi gratia exul atq; extorris patria sit: omnemq; in eo spem repositam habeat. Quibus uerbis motus rex cum Amphidamum ad se uocasset inuenit Aratum falso ab Apelle calumniatū fuisse. Quapropter hūc post eum diem in maiori semper existimatione & gratia habuit? Apellis uero factum tulit molestissime? Sed propter summam uiri auctoritatem hoc ut alia pleraque pati equo animo cogebatē Apelles nequaq̄m ob hanc causam mutato consilio Taurionem q Pelopōnesiacis rebus profectus fuerat magistratu sub laudis spetie id consecutus. Hunc enim dicebat aptissimum esse: qui cum rege in castris uersaretur uolens ipse alium illius loco Peloponnesiis p̄ficere. Nouus quippe modus calumnie inuentus est non uituperando sed laudando fame ac commodis hominum insidiari. Quod uitium in aulis principum ortum usq; adeo inoleuit ut ea loca tanq̄ proprias quasdam sedes sibi uideatur elegisse. Similiter Alexandrū cui cura regii corporis mādata fuerat remouere ab eius officio nitebatur uolēs custodiam corporis regii ipse habere ac omnem denique ordinem a Philippo relictum peruertere. Siquidem Antiganus optime dū uixit de filio & de regno meritus: optime & moriens futuris rebus prouidit. Etenim reliquit testamentum in quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Macedónibuſ iuſſit qd quiſq facere cuiuſ rei habere curā deberet: ſtudenſ omniſ cauſaſ ambitioniſ ac diſcordie que in eiuſ aula oriri potuiſſēt e medio tollere. Ex hiſ igit̄ q ſecū militabant Apellē filiū tutorē cōſtituit. Leontiū ſcutatiſ militibuſ prepoſuit. Megaleā ſcribiſ p̄fecit. Tauriōi peloponeſioꝝ Alexādro regi corpiſ curā reliqt. Leontiū qdē & Megaleā p̄ſuſ tam ſub ſe Apelleſ habebat Alexandrum uero & Taurionem mouere locis ſuiſ conſtituerat quo per ſe & ſuoſ amicoſ adminiſtrarentur: quod profecto facilíe perfeciſſet: niſi ab Arato fuiſſet impeditus. Nunc autem ip̄rudēcie & cupiditatiſ ſue penaſ luit. Nā quod in aliоſ patrare totiſ uiribuſ nitebatur: id ipſe ab illiſ breui poſt ep̄e paſſuſ eſt. Que reſ quo/modo acciderit dicere in preſentia ſuperſedebimuſ: finē huic libro imponenteſ. In ſequētibuſ uero ſíngula ſuiſ locis conabimur referre. Philippuſ geſtiſ quaſ ſupra memora uimuſ rebuſ: Argoſ uenit. Vbi ip̄e cum amiciſ: quod ſuperfuit hyemiſ commoratuſ eſt copiaſ uero in Macedoniam remiſit.

Polybii Hyſtoriarum liber Quartuſ finit.
Incipit Quintuſ feliciter.

Nnuſ ip̄eru Arati circa ortū Pliadiſ perfectuſ eſt ita enim tempora Achei dimetiuntur Quā/obrem hic quidē dimiſit: Epiratuſ uero ſuſcepit imperium. Dux Etholorum erat Dorimachuſ. Eodem tempore ineunte iam eſtate. Hannibal exardeſcente iam inter Romanoſ & Carthagi/nēſeſ bello copiaſ e noua Carthagíe deduxerat & traiecto hibero feſtinabat in traliam tranſire. Romani. Titum Sempronium cum exercitu in Africam. P. Cornelíū in Hiſpaniā mittebant. Antiochuſ & Peolemeuſ Syriacum bellum inceperāt. Philippuſ rex cum ſumma egeſtate commeatuſ & pecuniarum eiuſ exercituſ premeretur uocari Acheoſ ad concilium per magiſtratuſ iuſſit. Poſtquam multitudo omniſ ſecundum patrie ritum Egium conuenerat: uidenſ Rex Aratum ob iniuriam quam in commiciſ paſſuſ ab Apelle fuerat grauiter eſſe afflictum? Aperatum uero hominem natura ignauum ac deſidioſum contemni ab omnibuſ ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ludibrio habert: intellecta ex hoc imprudentia Apellis & Leontii inclinare rursus ad Aratum animum cepit. Persuasis igitur magi/stratibus ut Sicyonem concilium transferent: seniorem ac iuniorem Aratum humaniter allocatus: ac culpam omnē factorū in Apellē refundēs hortatus ē eos ut i ea qua p̄mo erāt uolūtate pmanerēt. Quibus assentientibus confestim ingressus consilium: cū predictoꝝ fauore quacunq; ad res presentes necessaria uidebantur: peregit siquidem decretum ē ab Achaeis ut mox quinquaginta talenta: hoc est trium mensium militibus stipendium: regi persoluerentur modii frumenti ad decem milia posthac uero q̄diu in Pelopōneso Philippus cum exercitu moraretur singulis mensibus decē & septē talenta. Quibus peractis Achaei in suas quisq; ciuitates reuersi. Regi autem post q̄ copie ex Hibernis redierunt optimum factu uisum si maritimo itinere hostes aggrederentur. Videbat enī hoc modo se quidem ex iprouiso undecunq; irrūpere in hostilem terrā posse hostes uero minime sibi iuicem posse opitulari simul magno spacio inter se distantes: simul nouitate naualis belli & repentino hostium aduentu perterritos. Cum Etholis enī & Lacedemonijs & Elijensibus bellum eodem tempore gerebat. Cum igit̄ in hanc sententiam inclinasset animum naues Achaeorū & suas in Lechaeo Corinthiorum portu congregabat: iubens ut interea temporis remigio milites exercerentur. Eniuero Achaei & in terrestribus prelijs cum instructa acie dimicant prestantissimi sunt: & in bellis naualibus ad repentina certamina paratissimi: Preterea uallis ac fossis faciendis nemini secundi nullum in his rebus laborem formi/dantes: ac denicq; tales quales Hesiodus Eaciadas introducit bello potius q̄m conuiuio gaudentes. Rex itaq; cum Macedonibus Co/rinthi morabat̄ in apparatu rei naualis occupatus. Apelles cū neq; mutare regis animū posset: impatiensq; superioris foret coniurati/onem cum Leontio & Megalia facit ut hi duo p̄tes cū temporis oportunitatem nacti forēt consilia & progressus regios impedirēt ipse Caladem profectus undiq; regio exercitui commeatum inter/cluderet. Quibus ordinatis extemplo Chalcidem proficiscitur ubi adeo constanter iuramentum seruauit: ut tandem coegerit regem p̄pter inopiā rerū necessariarū uasa argentea & reliquam supel/lectilē pignori deponere. Cōgregata autē classe & Macedonibus

Lechaeus po

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

remigio instructis. Philippus frumento stipendioq; militibus dato Corintho soluit ac tertio post die patras appulit habens Macedonum sex milia mercenarios mille & ducentos. Sub idem tempus Dorimachus Etholorum dux Agelaum & Scopã Eliensibus misit cum nouis Cretbensibus quingentis. Eliẽses uerisimile ad obsidionem Cyllenes Philippus ueniret conducendis mercenariis militibus: & nouo urbanorum delectu habendo operam dabant. Cyllenem ipsam summo studio muniebant. Quibus cognitis Philippus mercenarios Acheorum & Cretbenses quos secum habebat: preterea Gallorum equitum aliquos: & delectorum ex Achaia circiter duo milia peditum Dyme reliquit: ut eum locum tutum a conatu Eliensium seruaret. Ipse cum pauloante Messenis & Epirotis scripsisset item Acarnasibus & Scerdilaide ut singuli cum nauibus suis sibi in Cephallonia occurrerent: patris profectus in Cephalloniã ad castellum Pronnos nauigauit. Hic cum & castellum ipsum obsidionis impatiens: & regionis angustias animaduertisset cum classe progressus paleam appulit. Videnscq; eam regionem refertam frumento & ad nutriendum exercitũ oportunissimã demissis in terrã copus circa urbis menia castrametatus est. Nauesq; terrã subduxit uallocq; & fossa circumdedit. Macedones frumentatum dimisit. Ipe circum urbem profectus de erigendis machinis parandisq; rebus ad expugnationẽ loci necessarias cogitabat. Volens simul & prestolari aduentum sociorum: & urbem banc dictionis sue facere tum ut precipua commoditas quam e mari babebant Etholis eriperetur: siquidem Cephallonioq; nauigus nocti spe in Poloponnesum nauigabant: & Epirotarum ac & Acarnanium littus depopulabãt: tum ut banc urbem ueluti quoddã receptaculum aduersus hostilẽ terram socius pararet. Cephallonia enim in littore Corinthi aci situ posita Siculum aspicit pelagus: imminetq; us partibus Peloponesique ad septentrionem & occidentem uergunt. Et presertim Eliensium prouincie: Epiri uero & Etholie & Acarnanie us partibus que ad meridiem & orientem spectant. Ob quam rem cũ hic locus & ad congregationem socioq; esset cõmodissimus: & ad offendẽdas hostium ciuitates ac sociorum tuendas: peroportune positus omni studio subiicere dictioni sue insulã decreuit. Cum autẽ animaduertisset oẽs alias partes ciuitatis partim mari partim precipitis esse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

circumdatas. breuem uero quendam locum qui zacynthum aspicit planum esse: hic erigere machinas decreuit: omniaq; ad obsidionē necessaria parare Philippus itaq; in huiusmodi rebus uersabatur. Interea quindecim lembi a Scerdilaida uenerūt. Plures in missurę se in pñtia negauit ob recētes quasdam seditiones nuper in illyrio ortas. Venit & ab Epirotis & Acarnanensibus & Messeniis uti statutum fuerat: supplementum sociorum. Rex paratis rebus ad obsidionem necessariis & telis ac balistis oportunis locis dipositis milites pro tempore hortatus machinas urbi admouet. Per quas factis cuniculis e uestigio non parua pars muri fracta: & adhibitis trabibus sustentata est: tanta est Macedonum in huiusmodi rebus experientia. Philippus ad menia propius accedens hortari ad pacē obsessos cepit. Quibus conditionem respuentibus repente iniecto igni omnem eam partem muri funditus euertit. Quo facto p̄mos immittit scutatos qui sub Leontio erant iussos ut per eum locum facto impetu in urbem irruant. Leontius memor coniurationis & oportunitatē peragende rei obseruās tres iuuenes de suis q ceteros in ingressu urbis precedebant admonuit ut urbis captiuitatem impedirent partim priuatos duces corrumpentes: parti ipsi ueluti ex formidine ignauiter se habētes. Ita tandē ex urbe turpiter eiecti sunt multis uulneribus acceptis: quanq̄ facilime consequi uictoriā potuissent. Rex & formidinem ducum: & sauciorum multitudinē conspicatus obsidionem dissoluit. Posthec uocatis ad se amicis qd in posterum agendū foret cōsulebat. Interea Lycurgus Messenē cum exercitu uenit. Dorimachus medietatem Etholorum habens in Thessaliam copias deduxit. Quibus de rebus legati ad regem ab Acarnanibus & a Messenus uenere: ab Acarnanibus quidem precantes ut i Etholorum terram exercitū duceret: quo & Dorimachum a cepto itinere reuocaret: & omnem hostilem agrum depopularetur atq; uastaret. A Messeniis uero presidium petentes & siul docētes flāte tūc borea unius diei iter e Cephallōia messenē esse. Quamobrem Gorgon Messenius repentinam atq; ob id sūme utilem fore prefectionem dicebat. Leontius nequaq̄ imemor coniurationis facte. Gorgoni assentiebatur: manifeste uidens per hūc modum futurę: ut toto ueris tempore nihil a Philippo fieret. Siquidem transitus Messenem q̄m facillimus erat digressio uero

ab ea urbe adhuc durantibus uentis omnino impossibilis. Ex quo manifestum fiebat Philippum si eo cum exercitu transfretaret: reliquam ueris partem ociosum futurum? Etholos uero interea Thessaliã atq; Epirũ peragrãtes omnia ferro igniq; uastaturos. Hi ergo hec & alia huiusmodi consulebant. Aratus uero sententie erat plane diuerse? Quippe in Etholiam nauigandum esse existimabat: & illis primum rebus incumbendum. Nam cum Etholi in expeditionem cum Dorimacho essent profecti: optimum esse ꝓpter rebatur ad depopulandam deuastandamq; prouinciam. Rex ꝓmi nibil iã Leontio credens ob rem male in superiori obsidione gestã partim Arati prudẽtiam expertus: huius sequi consilium decreuit. Quamobrem Eperato Acheorum duci scripsit: ut subitarius legio nibus pacis Messenis suppetias ferret. Ipse e Cephallonia ꝓfectus perendie noctu Leucadẽ cum classe appulit. Inde iter tenuit per Ambracium sinum: qui ut supra diximus e siculo mari defluens in mediterraneã Etholie partẽ extenditur. Cum autem ad paludes appulisset: paululum ibi ante lucem commoratus refici cibo milites & depositis sarcinis expeditos imposterum esse iussit. Ipse conuocatis ducibus uiarum: de locis ac ciuitatibus quecunque necessaria erant scrutatus est. Sub idem tempus Aristophantus cum multitudine Acarnanum uenit. Quippe Acarnanes multa ac difficilia superioribus temporibus ab Etholis perpessi ulcisci iniurias suas cupiebãt. Quamobrem libenter susceptis hoc tempore Macedonibus armatis conuenere non solum quibus lex iubebat: uerꝫ etiã seniorꝫ pleriq;. Nec minori studio ad hoc ipm moliẽdũ erant Epirote: ob similes causas: sed propter magnitudinem prouincie & repentinum Philippi aduentum mouere se in tempore nequiuerant. Etholorum mediam partem ut supra diximus Dorimachus habebat: reliquos in prouincia dimiserat ut siquid noui accideret presto essent. Rex relicto ad custodiã impedimentorũ sufficienti presidio a palude post meridem profectus: progressusq; ad sexaginta stadia: castra ponit. Vbi cum aliquantulum constitisset refectis cena militũ corporibus iter prosequitur: continuatoque per noctem labore ante diluculũ ad flũen Achelou uẽit inter Cenopen & Scraton studes repentino atq; improuiso itinere Thermum aduenire Leontius & Megalias duabus rationibus preuidebant regem uoti compotẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

futuꝝ: Etholos uero peiores partes habituros: una quod repētinos
foret: & omni spe celerior Macedonum aduentus: altera ꝙ Etholi
minime unq̄ existiantes Philippū ꝑ loca adeo aspera ac difficilia
iter facturum: improuidi atq; imparati manebant. Quamobrem
hec animo agitantes: & memores coniurationis facte: Philippum
hortabantur: ut positis iuxta Acheloum castris exercitum a noc-
turno labore reficeret futuꝝ hoc modo putātes ut interea etholi
spatium aduocandi auxilia haberent. At Aratus id tempus opor-
tunissimum esse ad exequēdum consiliū reges existimans. Leontiū
uero & Megaleam fraudulēter progressus regios impedire. Phi-
lippum optestatur ne tantam temporis oportunitatem ammittat.
A quo persuasus Rex: & iam Leōtium ac Megaleā stomachari
incipiens: iter prosequitur: & Acheleo flumine traiecto Thtemum
uersus exercitum ducit ferro igniq; intereundum prouintiam de-
uastans. A sinistra quidē urbes relinqt Straton Agriniū Thestiā.
A dextra uero Conopen Lysimachiam Trichonium Phyteum.
Cum ad urbem uenisset noīe Methapam que est inter Trichoniū
& paludem: distatq; a Thermo circiter sexaginta stadia uersis re-
pente in fugam Etholis: locum occupat: & quingentorum mi-
litum presidium intus pōit: ut hac urbi ueluti quodā receptaculo
in adeundis atq; egrediendis angustiis uti posset. Est enim omnis
circa paludem locus montuosus atq; difficilis: & densissimis silius
undiq; circundatus. Quamobrem & uiam habet asperam ac pene
in uiam. Posthec mercenarios in fronte collocat postea illyrios
deīde scutatos ac legionarios milites secum accipiens per angustias
procedit sequentibus a tergo cretensibus: & a dextra tracibus p̄-
sidii gratia collocatis: nam a sinistra tutos palus faciebat fere per
spatium trigīta stadiorum. Superatis breui tempore angustiis ad-
huc magna nocte Thermum uenit: ubi castris positis copiam suis
fecit grassandi in habitatores ac ꝑ om̄em agꝝ discurrēdi: & domos
in ipso Thermo diripiendi refertas non solum frumento & omni
genere commeatus: uerū & preciosissima Etholorum suppellectile
Nam quia singulis quibusque annis Etholi nundinas: & festa: &
comitia in hoc loco celebrabāt: unusquisq; ad huiusmodi apparatū
pretiosiores res suas deferebat: tum etiam quia eum locum preter
ceteros tutissimum arbitrabātur: quippe quem nemo unq̄ ingredi

Stratos Agriniū

Methapa

Thermum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

fuisset ausus: & natura talis erat: ut q̃si quedam arx totius Etholie uideret. Quamobrem ex longa pace ac quiete plene erant bonorꝫ omniũ nõ solum propinque templo domus: uerꝫ etiam circũstãtes omnes loci. Per eam igitur noctem omni genere prede referti ibi quietem egerunt. Sequenti die pretiosissima queq; bona eligẽtes asportauere reliqua igni imposuerunt. Simili modo ex armis que e porticibus pẽdebãt optima queq; sustulerũt nõnulla ꝑmutauere reliqua incendio cõsumpserunt erant autẽ ultra quindecim milia. Et hucusq; quidem omnia secundum leges belli iuste integreq; sũt gesta: que uero sequũtur quomodo dici oporteat nescio. Mẽores enim eorꝫ que Etholi in templo Iouis dodonei gesserant porticus omnes demoliti sunt: ornamenta que maximo studio atq; impensa adhibita fuerant deiecerunt: neq; solũ superiorem partem incẽdio concremarunt: uerũ etiam menia ipsa funditus eruere: euerterunt statuas numero ultra duo milia q̃plurimas etiam fregerunt: ab his dumtaxat abstinentes que uel figuras uel inscriptiões deorum habebant. Que quidam recte meritoq; Philippus & ceteri facere uidebantur. Ego aũt contra existimo: quod an recte sentiam facile est unicuiq; considerare: nõ procul ab alteris generis: sed ab eiusdẽ familie regibus repetitis exemplis. Antigonus cum bello Cleomonẽ Lacedẽoniorꝫ regẽ fugasset: Sparte dominiũ consecutus: tantũ abfuit ut quicq̃ seuius in populum committeret: ut nõ moderatus solum: uerum etiam mitis aduersus hostes fuerit: restitutaq; Lacedemoniis patrie libertate ac multis beneficiis & publice & priuatim impensis domum redierit. Ex quo non solum ĩ presens tempus bñficiis: uerum etiã post mortem saluator appellatus est: nec apud Lacedemonios tantum sed apud omnes nationes ĩmortalem laudẽ ac gloriam consecutus. Atqui Philippus qui primus Macedonie regnum auxit: nomenq; familie sue longe lateq; propagauit: cum prelio Athenienses in Cheronia uicisset: non tantum armis quantũ dexteritate morum & quadam nature benignitate consecutus est. Armis enim eos tantummodo superauit qui sibi ĩ prelio obstiterũt mansuetudine uero atq; clementia om̃s Athenienses atq; adeo ciuitatem ipsam sui iuris fecit: non ira aut indiguatione aliqua prosecutus uictos: sed tam diu cũ hoste dimicãs: quoad oblata ei occasio foret ostendẽde benignitatis ac uirtutis sue. En uero Athẽiensibus

quos passus fuerat infestissimos & captiuos gratis remisit: & bello consumptorum corpora sepulture tradidit: reliquiasq; funerum ut ad sepulchra maiorꝝ deferent ultro hortatus ē. Posthec Alexādꝝ filiū cum amico antipatro qui pacem cum iis amicitiamq; iungeret Athenas misit. Ex quo consecutus est ut elati Atheniensium animi magnanimitate eius uicti? sibi in posterum obsequentissimi fuerīt sempq; ad omnia regis iussa ꝓmptissimi. Quid Alexander? Huius ira adeo in Thebanos incruduerat ut habitatores om̄s inseruitutē adegerit: urbem funditus euerterit: principes ciuitatis alios securi percusserit: alios in exilium redegerit bona omnium occuparit nō tamen usq; adeo indignatio eius processit ut quicq̄ in templa deorꝝ immortalium committeretur: quī om̄em curam studiūq; adhibuit ne qui uel inuiti aliquomodo fana uiolarent. Idem cum in Asiam transisset ut persas male de grecis meritos ulcisceretur: de hōinibus quidem dignas rebus ab iis patratis penas sumpsit: a templis uero deorum prosus abstinuit: quanq̄ perse circa hanc partem maxime in grecia deliquerant. Hec tunc considerare Philippus debebat ne tam principatus q̄ uite ac morum predictorum regū Emulus atq; heres existimaretur. Hic uero ut Alexandri ac Philippi affinis uideretur: summum per om̄em uitā studium īdustriāq; adhibebat ut uero Emulus atque immitator haberetur ne minimā quidem habebat curam. Quamobrē diuerso uite genere a supradictis regibus incedens: diuersam dese apud omnes gentes opinionem relinquebat. Sicuti hoc tempore fecit. Nam cum parem iniuriam referre Etholis conaretur: ueluti malum malo curaturus nihil se delinquere existimabat. Obiiciensq; Scope & Doriacho impietatē qua usi in templo dodonei Iouis fuerant in eodem uersari se crīne non uidebat: longe profecto a ueritate aberrans. Etenim seuire quidem in hostes: & eorum castella: portus: ciuitates: uillas: naues fructus deuastare: alia ab his similia facere: per que hostium uires debilitentur: confirmenť atq; augeanť sue unicuiq; leges ac intra belli ꝑmittūtea uero destruere: que nec ꝓpis rebus emolum̄ti aliqd afferūt nec hostibus detrim̄ti: ut sunt tēpla porticus: statue aliaq; huiōi rabiosi hōis ē ac plane furentis. Neq; enim ad internitionem usq; pugnare cum hostibus bonum uirum decet: sed quoad eorum qui deliquerunt malefacta purgata sin tatque correcta. Quippe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

tyranni opus est malefaciendo suis: cum terrore inuitis impare: in mutuo semper odio cum subditis uersantem. Regis uero contra benefaciendo uniuersis cum liberalitate atq; clementia sponte: subiectos gubernare in mutuam semper benuolentia ac caritate cum ciuibus uiuentem. Magis autem errorem Philippi quis agnoscet: si ante oculos posuerit: qđ de ipso iudiciũ uerisimile erat habitur os Etholos: si cõtraria feciſſet: & neq; porticus neq; statuas deiecisset neq; ornamenta e templo sustulisset: equidem optimum ac sincerissimum puto: ut qui conscii essent que in templo Iouis dodonei gessissent: & aperte intuerent Philippum facere qdem que uellet potuisset & si crudelissie feciſſet merito id uideri feciſſe: tamen ob humanitatem ac magnitudinẽ animi noluisse illorum impietatem imitari. Manifestum est itaq; eos errorem suũ damnaturos fuisse Philippum uero laude atq; admiratione prosecuturos q regie ac magnanimiter & pietate erga deos & ira aduersus se usus fuisset. Est uero benignitate atq; clementia hostem uincere quam armis prestat hic enim necessitate ut pareant homines inducuntur illic uoluntate & hic quidem cum graui sepe iactura errata corrigunt illic sine aliquo detrimento emendant delinquentes. Pretera quod maius est hic magnam laudis partem cõmilitones sibi uendicãt illic omnis uictoria tribuitur duci. Ex quo fit ut non desint fortasse qui magnã ptẽ rez a Philippo gestarum non illi propter etatem tribuant: sed iis qui una militabant equorũ numero erat Aratus & Demetrius pharius. De quibus non difficile esset affirmare etiã si quis tunc non interfuisset hoc de quo loqmur impietatis consiliũ alterius illorum fuisse. Nam preter totius uite institutum in qua Aratus nihil unq temere aut petulanter feciſſe cognoscitur. Demetrius uero fere omnia e contrario multa quoq; sunt peculiaria hoc ipsum indicantia de quibus suo loco dicemus.

Philippus: hinc. n. paulo ante digressi sumus: omni genere prede bonustus Thermo proficiscitur: & per eam per quã uenerat uiã iter facit permissis impedimentis & grauioris armature militibus. Acarnanibus uero & mercenariis in extremo ordine collocatis festinans angustias loci celeriter pertransire: siquidem uerebatur ne Etholi oportunitate locorũ freti suos a tergo aggrederentur qđ mox factũ est. Eteni Etholi fere ad tria milia in unũ cõgregati

quamdiu Philippus in altiori parte fuit minime illi appropin/
quarunt sed in quibusdam locis occultis Alexandro duce per/
mansere. Simul ac uero extremi moueri ceperunt: repente
impetu facto ultimos aggrediuntur. Orto tumultu Etholi
magnam in oportunitate locorum spem habentes audacius
illos persequebantur. Philippus cum callide futura preuidisset:
sub quodam colle illyrios & plerosque scutatorum occulte reli/
querat Ix in sequentes Etholos conspicati tanto impetu in eos
irruperunt ut ex illis repente centum & triginta desiderati fue/
rint totidem fere capti reliqui fedá ac turpi fuga salutem que/
sierint. Acarnanes & mercenarii re feliciter gesta mox Pam/
phium incenderunt: deinde angustias summa celeritate pre/
tergressi ad Macedones peruenere. Philippus iuxta Meta/
pam castrametatus aduentum suorum expectabat. Sequenti
die destructa Metapa castra mouit peruenitque ad urbem
quam Atras uocant. Postridie iter prosecutus omnem regi/
onem deuastauit positisque iuxta Conopem castris omnem se/
quentem diem ibi permansit. Aduenientе deinde luce: iter
uersus stratum tenuit: traiectoque Acheloo castra peractum
sagitte procul ab urbe posuit: crebris certaminibus allicien/ op/
ingenti celeritate tigrim cum omnibus copiis transfretãdum cen-
suit: festinans si posset saltus qui in apolloniatem agrum ducunt
preoccupare: q̃ maximam in funditoribus quos cyrtias uocant
spem haberet. Cum igitur iis locis appropinquasset: & rex interea
cum omni exercitu Apollonia profectus non longe abesset: acci-
dit ut leuioris armature milites qui premissi ab utroq; fuerant: in
quodam iugo unam concurrerint. Hi primo quidẽ tentare iterse
fortunam belli ceperunt. postea appropinquantibus utriq; copias
reuocarunt gressum: & ad suos utriq; reuersi castrametati sunt
circiter quadraginta stadia inuicem distantes. Aduenientе nocte
Molon q̃ periculosum putaret pugnã interdiu cũ rege cõserere:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

utpote non satis fide suorum fretus: in tempesta nocte aggredi Antiochum decreuit. Quamobrem optimo quoq; milite ex omni exercitu delecto per inuia quedam loca proficiscitur ex superiori parte facere in hostes impetum cogitans. Sed cum in itinere intellexisset decem iuuenes ex suis clam noctu ad Antiochum iuisse ab incepto destitit: statimq; mutato itinere in castra reuersus cum surgente aurora eo peruenisset: ingenti tumultu exercitum cõpleuit. Experecti enim subitario aduentu suorum qui in castris erant: tanto terrore correpti omnes fuere: ut parum abfuerit: quin turpi fuga e castris discesserint. At Molon patefacta re inualescentem in exercitu tumultum pro utribus sedauit. Rex autẽ cum instructus paratusq; esset ad prelium capessendum cum prima luce omnis copias e castris educit equites lanceas ferentes in dextro cornu locat. His preficit Ardyn utrum bellicarum rerum experti ssimum: quibus addit socios cretenses post quos deinde gallos: postea mercenarios milites: postremo equitũ phalangem constituit. Sinistrum uero cornu dat socius. Hi omnes equites erant. Elephantos in fronte ponit inter utrunq; cornu constitutos. Hi numero decem tantummodo erant Auxilia peditum equitumq; in utroq; cornu distributa circumdare hostes iubet: simulataq; in prelium descenderetur. Posthec hortatur milites: percurrens breuiter quecunq; ei tempori conuenientia uidebantur. & Leuo quidem cornu Hermeam & Zeuxim preficit: dextrum ipse tenet Molon contra nec libenter educit copias: temereq; ob tumultum qui nocte i exercitu fuerat milites disponit Verum tamen equites in utroq; cornu diuidit: ratus hostes eo ordine quo fecerant exercitum distribuisse: Clipeatos uero & gallos & reliquos grauioris armature milites in medio equitum ponit. Sagittarios & fũditores: ceteroscq; id genus ab utroq; latere extra equitũ ordines Falcarios carpentariosq; ante omnes collocat. Et leuium quidem cornu Neolao fratri commendat. Dextro ipse preest. Posthec paulatim procedente utroq; exercitu dextrum quidem Molonis cornu fidem seruauit magnoq; ac forti animo impetum i Zeuxi fecit. Leuum uero cornu simulatq; in conspectum regis uentum est ad hostes transiuit. Quo facto repente qui cum Molone erant animis cecidere. Regie uero copie duplo audaciores facte. Molon postq̃m proditum se a suis & circumclusum ab hostibus intellexit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

agitans animo quas penas luere eum oporteret si uiuus in manus hostium peruenisset: mortem sibi consciuit. Itidem ceteri quoq; qui a rege defecerant fecere. ad suos enim singuli quiq; ministros conuersi mortem exorarunt. Neolaus cum e prelio incolumis fugisset in persidem ad Allexandrum Molonis fratrem profectus: matrem Molonis & pignora interfecit. post quorum mortem se quoq; ipsum occidit: ratus Allexādrū quoq; idem factitasse. Rex castra hostium depopulatus Corpus Molonis in celebriori Medie loco crucifigi iussit. Postbec copias longa oratione hortatus: & dextra data misit qui eos in medjam reducerent: resq; eius prouincie componerent. Ipse Seleuciam profectus circumstantium ciuitatum res composuit: mansuete ac prudenter in omnibus se gerēs Hermeas propositi sui memor e uestigio Seleucensibus q; a fide defecissent mille talentorum mulctam irrogauit. optimates quā plures in exilium misit. multos carcere uinculis gladio interfecit. Rex tamen mitigato ad extremum animo humanius se in ciues egit: & dumtaxat centum & quinquaginta talenta patrati facinoris penam a Seleucensibus exegit. His rebus moderatis Diogenem quidem Medie: Apollodorum uero Susiane prouintie ducem reliquit. Tychonem scribarum principem copiis prefectum ad rubri maris loca transmisit. Defectio igitur Molonis: & bellici motus qui exinde sunt secuti hunc finem habuere. Rex felicium rerum successu elatus animo: & propinquos barbaros principes deterrere cupiens ne in posterū auxilius aut cōmeatu adiuuare a se deficientes auderent castra aduersus eos mouit. & primo aduersus Artabazanem: qui & principatu ac uiribus maior ceteris & ciuitatibus suis propinquior erat. Sub idem tempus Hermeas ascendere quidem in superiora loca ob imminēs periculum formidabat: cupiebat autem uti a principio statuerat exercitū aduersus Ptolemeum ducere. Veruntamen cum nunciatum interea esset ortum regi esse filium cogitans secum si forte Antiocho accideret ut a barbaris opprimeretur: se filio tutorem relictum facile totius regni dominum fore utilem sibi tandem esse eam profectionem existimauit. Paratis igitur ad hoc omnium animis profecti superato Zagro Artabazane prouinciam inuadunt. Artabazanes aduētu regis perterritus maxime propter etatem: ut qui iam fere senio confectus erat: tempori cedendum ratus: cū rege fedus inie

pactis conditionibus que uise Antiocho fuerũt. Firmato federe Apollophanes medicus quem tum rex uehemẽter amabat uidens hermeam auctoritate quam habebat nimis insolenter utentem & de rege timere cogebatur Sed longe magis de his qui cum rege erant. Quamobrẽ expectata tẽporis oportunitate regem adit. hunc precatur ne Hermee audatiam contẽnat ne ue illam tãdiu ferat quo ad in fratris calamitates incidat. certe id periculum iam non longe abesse. proinde debere eum celeriter sue amicorumq; saluti consulere Antiocho consilium eius probante: quod & grauiter ferret & formidaret Hermeam: magnas autem illi gratias agente: q̃ de rebus que ad salutem suam pertinerent secum loqui non dubitasset: Apollophanes quidem audacior in posterũ factus est: uidens haud fraudatum se opinione quam de rege conceperat. Antiochus autem Appollophanem hortatus est: ut non modo uerbis uerum etiam operibus sue amicorumq; saluti prouideret Illo paratum se ad omnia asserente tale quiddam machinati sunt Dissimulantes regem morbo oculorum grauiter afflictum curam eius in aliquot dies protendunt: quo spatium haberẽt rem interea componẽdi. Potestatem quoq; a rege accipiunt priuatim quibus uideretur exhibendi pecuniam ut facilius ad patraudum facinus accederent. Subornatis igitur qui apti ad eam rem uidebantur: utpote nemine id propter odium in Hermeam non libenter facturi tante: perficiendo operi incumbunt. Asserentibus igitur medicis oportere Antiochum cum prima luce ad captandum frigus deambulare: Hermeas constituto tempore ad eum uenit una cum amicis qui participes huius consilii erant. Reliqui uero in castris remãsere: ut qui nihil de profectione regis audiuerant. Illi igitur extractum e castris Antiochum in desertum quendam locum deduxere: ubi mox rege id nutu significante Hermeam interfecerunt Per hunc igitur modum Hermeas occiditur: haud satis digna rebus a se gestis pena affectus Rex non paruo merore ac formidine liberatus domum deinde reuertitur: omnibus per uniuersam prouintiam consilia & res gestas eius in celum extollentibus: maxime postq̃m de Hermee morte cognouerunt. Eodem tempore Apamie Mulieres uxorem: pueri filios Herrmee interfecerunt. Cum domum peruenisset Antiochus dimissis in hiberna copis legatos ad Acheum mittit questum primo quidẽ q̃ diadema

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

assummere : & se regem appellare ausus fuisset : deinde q palam Ptolomei partes sequeretur. Enimuero Achæus quo tempore rex aduersus Artabazanem exercitum duxit : ratus aut periculum in ea prouintia regem : aut si non periret se ante redeuntem eius propter longitudinem itinere impetum libere in Syriam facturum : & Cyrrastarum qui nuper a rege defecerant auxilio repente id regnum occupaturum : cum Maximis utribus e Lydia profectus est. cumq; Laodiceam in phrygiam uenisset diadema assumpsit : & tunc primum se regem appellare : ac ad ciuitates scribere ausus est : Syriride exule eum ad hoc maxime hortante Cum deinde ceptum iter continuaret : & iam non longe à Lycaonia abesset : dissidere ab eo milites ceperunt : molestè ferentes aduersus primum eorum regem exercitum duci. Quamobrem Achæus uolũtatem illoz cernens à cepto itinere deflexit & uolens militibus persuadere se ab initio quidẽ habuisse animũ ducendi in Syriam exercitum conuerso gressu Pisidicam omnẽ regionem depopulatus est : distributaq; inter milites innumerabili preda : omnium sibi beniuolentiam concilians domum remeauit Rex igitur optime ofa hec edoctus : legatos ut supra diximus ad Achæum misit : ofa interea prouidens que ad bellum aduersus Ptolomeum gerẽdum necessaria uidebantur Congregatis tandem Epamie copiis & iam ineunte uere amicos in consilium uocat : & quomodo rebus bellicis utendum uideatur dicere singulos iubet. Tunc multis uaria deferentibus & de locis & de apparatu & de classe conficienda : Insurgens tandem Apollophanes de quo supra memorauimus : qui genere Seleucensis erat omnes eorum qui ante se dixerant sententias damnauit : stultum esse inquiens in inferiorem Syriam exercitum ducere Seleuciam autem pati a Ptolomeo teneri : quippe que origo & causa esset principatus eorum quam preter dedecus quod regno suo afferebat regum egiptiorum presidio custodita : maximas atq; optimas ad res gerendas commoditates Habere etenim possidentibus hãc hostibus : maximum sibi ad omnes conatus impedimentum esse cum non minorem curam adhiberi oporteat ad defendenda sua ob formidinem eius urbis : quem ad loca hostium offendenda : ipsis uero eam tenentibus non solum tuto posse tueri sua : uerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

& maximum quodq; facinus mari terraq; aggredi ob summam loci oportunitatem. Omnibus Apollophanis sententiam approbantibus Hanc primum urbem recipere decreuerunt. Nam tum quoq; Seleucia regum Egipti presidio custodiebatur a tempore quo regnauerat Ptolemeus cui benefactor cognomentum fuit Hic enim quo tempore propter casum Beronices: & iram quam ex ea re animo cõceperat in Syriam exercitum duxit hac urbe potitus est. Antiochus igitur firmata Apollophanis sententia. Diogneto prefecto classis iubet ut amputata mora Seleuciam nauiget. Ipse Apanania cum exercitu profectus circiter quinq; stadia distans ab urbe castra iuxta hippodrorum ponit. Theodotum emilium cum sufficienti exercitu in Syriam mittit: qui loci angustias preoccupet: & omni conatu rebus eius prouincie incumbat. Seleucie & circumstantium locorum situm huiusmodi esse contingit: Vrbs quidem cum in littore maris posita sit inter Cilitiam & Phenicem altissimus mons ei subiacet: quem Coryphcum uocant: cuius latus: quod ad occidentem uergit abluit extremitas pelagi: quod est inter cyprum & phenicem: quod uero orientem spectat antiochenorum & Seleucensium regionibus iminet. Ad meridiem Seleucia sita est diuisa quadam ualle profundissima & prorsus maccessa. Hec ad mare usq; prorenditur compluribus in locis scopulis ac precipitijs circundata. Sub latere quod mare aspicit sunt emporia & suburbia altissimis munita meenibus. Similiter omnis urbs tutissimo muro septa est. preterea nauibus & omni genere apparatus amplissimo ornata. Aggressũ unum duntaxat habet a latere maris: & eumquidem difficilem ac manu factum siquidem per scalas conscendere oportet. Non longe ab hac orontes fluuius in mare delabitur: qui a Libano & Antilibano ortum habens in Antiochiam fertur: per quam iugiter defluens & morbos ob multitudinem aquarum humanis corporibus deferens: tandem non longe ab urbe Seleucia in mare diffunditur. Antiochus igitur principio ad eos qui urbi preerant misit pecuniam & spes in futurum amplissimas pollicitus si Seleuciam sibi sine prelio traderent. Cum autẽ principes urbis currumpere nõ ualeret quosdam e mediocribus ducibus suborna-uit: cum quibus re composita instruit acies: tanquam nauali-bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

copiſ urbem a mari : terreſtribuſ uero ab ea parte que Epirum aſpicit aggreſſuruſ. Diuiſio itaq; in treſ parteſ exercitu: & animiſ militum oratione accenſiſ : ampliſſimiſ preterea unicuiq; propoſitiſ premiſ. Zeuxidi quidem & hiſ qui cum eo erant eum locum dedit in quo eſt porta urbiſ in Antiochiam ferenſ. Hermogeni uero locum per quem Dioſcurium itur. Ardyi autem & Diogneto ſuburbium & maritimaſ parteſ. quippe ita cum proditoribuſ conuenerat ut quamprimum ui ſuburbanum cepiſſent : urbſ quoq; eiſ traderetur. Dato igitur a rege ſigno omneſ undecunq maximiſ uiribuſ urbē aggrediunter Audaciſſime uero q cum Ardye & Diogneto erant. Nam cetera loca neq; inuadere quiſquam poterat : neq; ſcalaſ menibuſ admouere. Emporia uero & ſuburbium facile & aggreſſionem hoſtium & ſcalaſ recipiebant. Quamobrem naualibuſ quidem copiſ emporia : qui uero cum Ardye erant ſuburbium aggredientibuſ : & frequenteſ menibuſ ſcalaſ admouentibuſ: cum ii qui intra urbem erant ferre ſuppetiaſ non poſſent : q urbſ undiq; ab hoſtibuſ claudebatur accidit ut ſuburbium repente in poteſtatem hoſtium peruenerit. Quo facto mox priuati duceſ a rege corrupti ad Leontiū qui tum in urbe principatum tenebat concurrenteſ mittendoſ ad Antiochum legatoſ de condicionibuſ tradende urbiſ iudicarunt anteq̄m ui ab hoſtibuſ expugnaretur. Leontiuſ & ſi proditioniſ ignaruſ erat : trepidatione tamen ſuorum perterritus repente ad antiochum miſit : qui pacta omnium qui in ciuitate erant ſalute urbem regi traderent. Rex acceptiſ condicionibuſ datarum ſe liberiſ ſalutem pollicituſ eſt. Hi circiter ſex milia hominū erant. Ingreſſuſ autem ciuitatem non modo liberiſ pepercit : uerum & reuocatiſ in urbem Seleucenſium exulibuſ: & rem. p. & propriaſ fortunaſ omnibuſ reſtituit. Portum atq; arcem urbiſ ſufficienti preſidio munuit. Cum deinde adhuc Seleucie moraretur littere a Theodoto afferetur : in quibuſ eum hortabatur ut quamprimum in Syriam maturaret. Rex diu anceps conſilii fuit & quomodo hiſ rebuſ utendum foret anxiuſ atq; ſolicituſ Enimuero Theodotuſ cum genere Etoluſ eſſet: & maximoſ uſuſ regno Ptolomei ſicuti ſupra memorauimuſ preſtitiſſet : ac ſepe numero illiuſ gratia de uita periclitatuſ fuiſſet : quo tempore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Antiochus aduersus Molonem exercitum duxit: contẽpto rege & iis qui in aula erant diffidens: per se quidem capta ptolemaide per panetolum uero tyro: Antiochum cõfestim accersiuit. Rex oñi conatu aduersus Acheum intentus ac cetera omnia posthabenda existimans eodẽ quod prius fecerat itinere copias mouit. Cumq; ad eum locum peruenisset quem Marsyam incole uocant castra circa angustias que sunt iuxta gerra posuit: non longe a palude que in medio eius loci sita est. Hic cum per nuntios cognouisset Nicolaum ducem Ptolemei urbem Ptolemaidem in qua Theodotus erat obsidere: relictis grauioris armature militibus: & iussis ducibus ut Brochos oppidum supra plaudem situm obsisteret: ipse cum expeditis ad dissoluendam obsidionem maturat. Nicolaus aduentu Regis per exploratores cognito ipse quidem dissoluta obsidione mox inde abiit. Lagoram autem certensem & Dorymenem Eculum ad preoccupandas que circa Berytum sunt angustias misit Cum quibus rex congressus cũ statim eos in fugam uertisset in ipsis angustiis castrametatus est. Deinc coactis eodem in loco reliquis copiis multitudinem pro tempore hortatus cum omni exercitu magno ac forti animo iter prosequitur. Accedentibus deinde obuiam Theodoto & Panetolo cum eorum amicis: rex benigne atq; humaniter illos suscipiens tyrę ac Ptolemaidẽ omnẽq; qui in his erat belli apparatũ accepit. Erant autem in his ciuitatibus quadraginta naues: quarum. xx. erant cataphracte omniq; apparatu necessario diligentissime instructe quinqueremes omnes aut quadriremes: relique uero triremes aut biremes aut actuarie. Has diogneto prefecto classis tradidit Cum interea nuntiaretur Ptolemeum latenter memphim confugisse: omnes uero copias eius iuxta pelusium congregari: & aquarum aditum ex omni parte intercludere: a proposito inuadendi pelusium destitit: & perprouintiã grassatus ciuitates partim ui partim persuasionibus conciliare sibi nititur. Ciuitatum quidem alie presidio uacue in timore regie potentie confestim se hostibus dedidere alie uel apparatu rerum necessariarum uel situ locorum frete impetum eorum tolerarunt. quas rex obsidere compulsus non parum temporis terere cogebatur: Ptolemeus de ferendo suis subsidio ob impotentiam mentionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nullam faciebat: ita semper res omnes ad bellum pertinentes contempserat. Agathocles & Sosibius: qui tum summam regni in manibus habebant non tam quid deceret q̃m quid fieri posset cõsiderandum in presentia existimantes legatos ad Antiochum de paucis conditionibus misere: missis etiam ad Rhodios & Byzantios & cyzicenos & Etolos nuntius: qui eos hortarentur de mittendis ad eundem pro componenda pace legationibus. Que cum e uestigio ad utrunque regem misse fuissent: maximam eis opportunitatem prebuerunt parandi interim que ad bellum necessaria forent. Ptolemeus enim susceptis humaniter cum ceterorum tum precipue Antiochi legatis mercenarium interea militem qui sparsus per exteras ciuitates erat Allexandrie congregare: alios qui nouum militum delectum haberent extra prouintiam mittere commeatum abunde omnibus parare. Deniq; dies noctesq; ad bellicos apparatus esse. Allexandriam continue aliquos ne qua res ad bellum necessaria deesset transmittere. Preparandorũ armorum & conscribendi exercitus curam Echecrati Thessalo & Phoride melitensi dederat: item Eurylocho magneti & Socrati Boecio: cum quibus etiã erat Cnopias Aloritis. Aptissimos quippe esse ad hanc rem huiusmodi uiros putabat: qui quoniam cum Demetrio etiam atq; Antigono militauerant bellicarum rerum peritissimi habebantur. Hi ingenti exercitu contracto omnia prudenter ac strenue prouidebãt. Primo enim pro generis atq; etatis cuiusq; differentia armaturas inter milites diuidebant: singulis aptissimas quosq; distribuẽtes: & eas quibus prius utebantur improbantes. Postbec peculiariter unumquenq; ad futuros usus ordinabant: milites continue exercebant: non solum preceptis uerum & fictis certaminibus eos assuefacientes. Deinde contiones armaturum aduocabant: & ad futuz̃ bellum milites hortabantẽ: in quibus maximam uim habebant Andromachus Aspondius & Polycrates argiuus: qui nuper e gretia aduenerant: homines rebus bellicis assueti & patrie ac morum splendore clarissimi: Polycrates etiam antiquitate familie: & Mnasiade patris gloria Hi copias publice ac priuatim hortantes ad futura certamina animos militum inflammabant Singuli preterea: proprios ducatus in exercitu habebant: prout quisq; maxime ea re expertus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

erat Eurylochus magnes tribus milibus hominum preerat quos reges agnema uocant Socrates Boecius circiter duo milia stuta/torum sub se habebat. Phoxidas autem Acheus ac Ptolemeus thrasensis & cum his Andromachus Aspondius phalangem & mercenarios milites exercebant. Preerant autem phalangi An/dromachus & Ptolemeus: mercenariis Phoxidas. Phalanx cir/circiter uigintiq uinq; milia hominũ cõtinebat. mercenarii haud pauciores erant octo milibus. equites regios qui fere septingenti erant. Policrates instruxerat: item eos qui acciti ex Libya fue/rant: Item qui ex prouintia delecti horũ omnium ipe dux erat numero trium miliũ. grecos uero ac mercenarios equites Eche/craces thessalus assuefaciebat. hi erãt circiter duo milia hominum quibus ipse prefectus nõ parum momẽti rebus bellicis afferebat Nullo autem in gerenda militum cura segnior erat. Cnopias Allariotes. Hic cretenses omnes sub se habebat numero ad tria milia hominum In quibus erant tirones mille: quibus Philonem gnosium prefecerat. Armata preterea erant instar macedonum tria milia afrorum: quibus Ammonius barceus preerat. Adhec Egiptiorum circitr duo milia sub Sosibio duce erãt. Deniq; tracum & gallorum multitudo ex his quidem qui iamdiu milita/uerant ad quatuor milia ex his uero qui nuper fuerant congre/gati duo milia Dyonisiũ tracem habebant ducem Ne tum Pto/lemei copie erant. Antiochus autem cum dura urbem obsidione cinxisset: nihilq; ad extremum efficere se posse intelligeret par/tim munitione urbis partĩ Nicolai subsidio i mpeditus adueniẽte hyeme legatis Ptolomei inducias concessit: & decessurum se a prouintia omniaq; quibus illi gratificari posset sponte libenterq; facturum promisit. Quanq̃m longe hic animus a rege aberat. festinabat enim copias in hyberna Seleuciam ducere q; Acheus esse quidem in sotietate secũ uideretur: sed procul dubio Ptole/meo faueret. Pactis igitur indiciis Antiochus repente legatos emisit: iussos ut quid Ptolemeo uideretur statim nuntiarent: sibiq; Seleucie occurrerẽt. Ipse relicto in locis quibus erat opus sufficiẽti presidio & cura omniũ rerũ Theodoto tradita exercitũ uersus Seleuciam mouit. Cum eo peruenisset copias in hyberna dimisit Curam exercendorum militũ iam ĩde ab eo die negligere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

incepit. ratus haud nèceſſarium ſibi poſthac prelium fore: q̄ tam plera q̄ loca Syrie & Phemicæ occupaſſet: reliqua partim ſpóte partim hortatu uentura in poteſtatem ſuam ſperaret. preſertim non audente Ptolemeo ſecum in prelium deſcendere. Accidit forte ut legati eundem animi conceptum haberent: q̄ Soſibius benigne atq; humaniter eos Memphi allocutus eſſet: apparatum uero qui Alexandrie fiebat nemo unquam eorum qui ad Antiochum mittebantur cernere potuiſſet. Verum enimuero dimiſſis tunc legatis. Soſibius quidem cum ſuis ad omnia gerenda peratiſſimus erat: Antiochus uero maximum adhibebat ſtudium ut non tam armis q̄m iure ciuitates ſibi aſciſcere uideretur. Cum tandem legati Seleuciam uenissent: & in particularem ſermonem de pace ſecundum Soſibii mandata deſcendiſſent: Rex quidem manifeſtam iniuriam quam fecerat in occupandis Syrie: locis minime grauem aut iniuſtam exiſtimabat: nihilq; a ſe non iure factum affirmabat eſſe. Antigonum enim Monoculum & Seleucū qui primi ea loca occupauerant ueriſſimos ac iuſtiſſimos dominos fuiſſe aiebat. Quamobrem ad ſe non ad Ptolemeum. Syrie regnum quaſi hereditario iure pertinere. Quippe Ptolemeum aduerſus Antigonum pugnaſſe non ſibi ſed Seleuco eorum locorum imperium querentem: Preterea cōmunē omniū regum conceſſionem in medium afferebat. Nam quo tempore ſuperato Antigono diuidere inter ſe regna Caſſander & Lyſimachus & Seleucus uoluerunt: Seleuci eſſe omnem Syriam iudicauere. Hec atq; alia huiuſmōi Rex Antiochus: At legati Ptolemei his contraria afferre conabantur. Siquidem & preſentem iniuriam augebant: & rem longe q̄m fuerat grauiorem faciebant: uiolatum eſſe fedus dicentes & in proditione Theodoti & in hoſtili profectione Antiochi in Syriam. Addebant preterea Ptolemei Lagi poſſeſſionem: dicentes id circo Ptolemeum una cum Seleuco aduerſus Antigonum geſſiſſe bellum ut totius aſie imperium Seleuco uendicaret: Syriam uero & phenicem ſibi aſciſceret. Hec atq; alia huiuſmodi ſepius ab utriſq; dicebantē tandemq; nihil prorſus concludi poterat. quanq̄m res per communes amicos tractarentur. maximam quippe difficultatē utriſq; afferebāt Achei partes. Nam Ptolemeus quidem includere eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

in federe ſummopere ſtudebat. Antiochuſ uero ne uerbum quidē
ullum de eo poterat audire : graue exiſtimanſ audere Ptolemeū
de uſ facere mentionem qui per proditionem a rege defeciſſent.
Ad extremum igitur re infecta legati diſceſſere. Appetente de/
inde uere Antiochuſ omni ſtudio copiaſ cogit ueluti terra mariq;
Syriam aggreſſuruſ : & cetera eiuſ prouintie loca ſubduturuſ.
Ptolemeuſ uero haud ſegniuſ augere. Nicolai uireſ conatur :
commeatumq; in loca Gaze propinqua abundantiſſime mittit :
terreſtreſ naualeſq; copiaſ & cetera ad bellū neceſſaria ſuppedi/
tat. Quibuſ rebuſ Nicolauſ audacior factuſ forti animo in bel/
lum deſcēdit: adiuuante perigene claſſiſ prefecto quem cum na/
ualibuſ copiſ Ptolemeuſ miſerat habentem cathafractaſ naueſ
triginta: cenerariaſ ultra quadringentaſ. Nicolauſ quidē genere
Etoluſ erat uſu atq; audacia in rebuſ belliciſ nemini eorum qui
cum Ptolemeo erant ſecunduſ. Hic preoccupatiſ cum parte co/
piarum anguſtiſ que ſunt circa platanum ipſe cum reliquo exer/
citu Porphyreonem profectuſ ingreſſum regi in prouintiam
prohibet naualibuſ copiſ ad hoc eum adiuuantibuſ. Antiochuſ
autem cum Marachum uenisſet accedentibuſ ad eum de conditi/
onibuſ ineunde ſocietatiſ arcadibuſ non ſolum ſocietatem eorum
libenter cupideq; amplexuſ eſt : uerum etiam omnem que inter
illoſ iamdiu fuerat diſcordiam ſedauit : reconciliatiſ arcadibuſ
qui inſulam colebant cum iſ qui habitabant Epirum. Poſt hec
in prouintiam per eum locum quem incole dei proſopum uocant
ingreſſuſ. Berytum uenit: Botra urbe i itinere capta. Trieregq; &
Calamo incenſiſ. Hinc Nicarbum & Theodotū permittit iuſſoſ
ut anguſtiaſ que ſunt circa Dycum amnem preoccparent. Ipſe
cum reliquiſ copiiſ pofectuſ iuxta. Damuram flumem caſtrame/
tatuſ eſt : Diogneto prefecto claſſiſ haud procul nauigante.
Hinc rurſuſ acceptiſ leuioriſ armature militibuſ quoſ cum The/
odoto & Nicarcho premiſerat ſpeculatum proficiſcitur āguſtiaſ
que a Nicolao preooccupate fuerant. Vbi notato diligenter
locorum ſitu in preſentia quidem in caſtra reuertitur. Poſtridie
uero relictiſ ibi grauioriſ armature militibuſ : & Nicarcho eiſ
prepoſito ipſe cū reliquiſ copiiſ greſſum aduerſuſ hoſteſ maturat
Cum Libanuſ monſ in uſ forte lociſ luctuſ itra breuē atq; āguſtū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

locum claudat accidit ut ipse quoq; breuis sit & difficilis ac pene
inaccessus: breuemq; & difficilem iuxta mare relinquat uiam.
In qua tunc castrametatus Nicolaus: cum loca illa partim mul/
titudine militũ preoccupasset partim machinis edificiisq; tumul/
tuarie factis muniuisset facile arcere se posse Antiochum existi/
mabat. Rex diuisis in tris partes copiis: uni quidem Theodotũ
preficit iussum ut facto impetu hostes q callẽ montis tenebaant
aggrederẽtur. Aliam Menedemo assignat. pluribus eum uerbis
hortatus ut permediũ mõtẽ iter facere conaret. Tertiã partem
duce Diocle in littore collocat. Ipse cum calonum multitudine
medium locum tenet quo & cuncta aspicere & subuenire indigẽ/
tibus posset. Eodem tempore Diognetus & Perigenes instructi
nauale prelium ingrediebant: terre quantum fieri poterat na/
uigiis appropinqantes ut quasi unus aspectus foret terrestris na
ualisq; certaminis. Cum igitur uno signo & una uoce preconis
prelium omnes essent ingressi: in mari quidem diu equis pene
uiribus pugnatum est nullam in partem inclinãte uictoria ꝙ &
hoĩm multitudine & appratu belli pares utriusq; classis uires erant
In terra uero meliores principio Nicolai partes fuere: ꝙ non
parum opis ex situ locorum consequeretur. Mox uero prorum/
pentibus ex superiore parte montis iis qui cum Theodoto erant:
& acerrime impetum in hostes facientibus: Nicolaus ceteriq; qui
una erant turpissime in fugam uertuntur Circiter duo milia eoꝝ
inter fugiendum sunt cesa. Reliqui se Sidonem receperũt. Peri/
genes & si de nauali bello optima spe esse uidebatur: conspecto
tamen terrestrium copiarum conflictu ipse quoq; eodem tuto
confugit. Antiochus congregatis copiis profectus castra iuxta.
Sidonem posuit. Verumtamen tentare in presentia eam urbem
inutile putauit: tum ob copiam commeatus que intus maxima
erat: tum propter hominum multitudinem partim incolentium
prius hunc locum: partim eorum qui nuper accepta clade eo
confugerant. Quamobrem motis castris ipse quidem uersus Phi/
loteriam abiit. Diogneto uero prefecto classis mandauit ut
tyrum nauigaret. Philoteria quidem iuxta paludem sita est: in
quam Iordanes fluuius defluens rursus in agrũ eius urbis exit
quam Scytharum uocant His duabus urbibus e uestigio potitus:

Philoteria

Scytharus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

animum ad res futuras mirum in modum auxit. q̄ ager illarum
satis superq; esset ad prebendum universo exercitui commeatum
ac cetera bello necessaria suppeditanda. Impositio igitur his urbi-
bus sufficienti presidio superatis montibus Atabyrum uenit que
urbs in Mastoide colle sita fere. xv. stadiis ascensum habet. hic
collocatis prope urbem insidiis urbanos in certamen prouocat:
quos cum pugnando sui quasi cedentes lōgius protraxissent rur-
sus in eos conuersus insurgentibus a tergo aliis magna ex parte
cecidit: ac reliquos deinde persecutus eos & una eorū urbem cepit.
Sub idem tempus Cereas unus ex Ptolemei prefectis ab eo defecit
cuius opera usus Antiochus: plerosq; ex illius ducibus sibi asciuit.
Quippe Hippolochus Thessalus non longe post cum trecentis
equis ad eum uenit. Impositio Atabyrii quoq; prrsidio iter ceptum
prosequitur: & in itinere Pella & Camum: & Geprum occu-
pat. Inter hec Arabie populi in unum conuenientes unanimiter
rege adhesere. Qua spe Antiochio addita accepto ab iis cōmeatu
in interiora loca progreditur: & mox Galatem capit una cum
Abilita q̄ presidio quibus dux preerat Nicias Nennei necessarius
atq; affinis. Cum adhuc Gadara superessent: que tum uidebant
natura loci inexpugnabilia esse castris iuxta ea positis & erectis
machinis hanc quoq; e uestigio ciuitatem occupat Post hec cum ei
nunciatū esset i urbē arabie Rabbata massanā magna multitu-
dine hostes conuenisse: omnemq; agrum Arabum qui ei adhesērāt
depopulari atq; uastare eductis repente copiis eo uenit: castraq;
iuxta eos colles in quibus ea urbs sita est posuit. Deinde circum
collem profectus cum animaduertisset e duobus tātummodo locis
impetum in urbem fieri posse: in his machinas ceteraq; ad expug-
nationem eius necessaria parauit. Operum cura Nicarcho &
Theodoto data ipse cetera exequitur. Nicarchus & Theodotus
expugnationi urbis intenti: uter prius partem aliquam murorum
in terram deiceret contendebant. Exquo accidit ut celerius omni
expectatione ingens pars muri corruerit. Quo facto assidua
noctu & interdiu certamina committebantur: omnibus adhibitis
uiribus ne quid temporis uacuum permitteretur. Sed quanq̄ cō-
tinuata diu urbis obsidio fuisset: nihil tamen ob multitudinem
propugnantium militum perfici potuit: donec ostenso per unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

ex captiuis riuo: per quem aquatum obsessi proficiscebantur: eum clauserũt lignisq; & lapidibus & aliis huiusmodi rebus sepsere. Tunc enim nulla amplius aquationis spe relicta cõfestim se hostibus dediderunt. Per hunc tandem modum rex urbe potitus. Nicarchum cum sufficienti presidio in ea collocat. Hippolochum autẽ & Ceream quos defecisse a rege diximus cum quinq; milibus peditum Samariam mittit: iussos ut ibi consisterent: ac omnis sibi subiectos populos tutos ab omni periculo seruarent. Posthec cum excercitu profectus Ptolemaidem uenit ueluti in ea urbe copias hyematurus. Eadem estate Pednelissensses cũ a Selgensibus obsiderentur: summoq; in discrine res eorum essent: legatos ad Acheum de petendo subsidio miserunt. Quos cum Acheus libẽter audisset: seq; omnia facturum esset pollicitus hi quidem magno ac forti animo obsidionem tollerabant spe futuri presiddii audaciores facti. Acheus uero Garsierim ducem cum sex milibus peditũ & quingentis equitibus misit missos ut amputata omni mora pednelissensibus suppetias ferrent. Selgenses aduentu illorum per exploratores cognito: angustias que sunt circa locum quẽ scalam incole uocant cum maiori parte copiarum preoccupãt uias aditus omnes destruunt. Garsyeris facto impetu Milyadem ingressus: & castris circa urbem que cretensium dicitur positis: quia ob preoccupatos a Selgensibus locos non posse se ulterius procedere animaduertebat: huiusmodi dolum machinatus est. Motis castris referre gressum cepit: simulans se ablatam sibi omnino ferendi subsidii potestatem existimare q; preoccupate ab hostibus locorum angustie forent. Selgenses ueluti desperata ferende opis facultate abiisse eum rati: alii in castra redierunt: alii in urbem commeatus gratia migrauere. Garsyeris conuerso mox itinere ad angustias reuersus: cum locum hominibus uacuum reperisset: presidium suorum imposuit: Phayo duce illis prefecto. Ipse cum exercitu Pergen uenit. Vbi aliquamdui commoratus legatos Pamphiliam & ad alias ciuitates misit: qui in solentiam Selgensium ostenderent: & ad societatem Achei ac Pednelissensium subsidium hortarentur. Selgenses sub idem tempus duce cum copiis

Samaria
Ptolemais
Pednelissen
Selgenses
Scala
Perge

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

misso sperabant euicere se ex angustiis Phaylum posse: Cum autem id longe preter opinionem succederet: multosq; ex suis inter certandum amitterent a proposito destiterunt: nihilominus tamen: imo longe magis q̃m prius obsidioni & erigendis machinis intenti. Garsyeri: Etennensis: qui montanam regionem supra Siden incolunt octo milia armatorum misere Aspēdii quatuor. Sidete cum quia in amicitia cum Antiocho erant: tum propter odium Aspendiorum nullam de mittendis auxiliis mentionem fecerunt. Garsyeris suis & sociorum copiis acceptis Pednelissum uenit: ratus se primo aspectu obsidionem dissolutorum. Verum cum Selgenses aduentu suo neq̃m perterritus animaduertisset: castra non longe ab illorum posuit. Pednelissenses ob longam obsidionem adeo penuria commeatus affligebanē: ut diutius iam tolerare famem nó possent: Quam obrem Garsyeri summa celeritate opus esse uidens: instructis duobus milibus hominum: & modio frumenti singulis dato: noctu eos in ciuitatem mittebat. Quod cum Selgenses intellexissent repente illos aggressi milites quidem magna exparte interfecere: frumenti quantitatem omnem abstulerunt. Quibus rebus animo preter modum elati iam non modo ciuitatem uerum etiam castra hostium obsidere mittebantur. Ita semper nimia audacia Selgenses efferri consueuere. Relicta itaq; in castris necessaria custodia: cum reliquis copiis ex diuersis locis uno tempore in hostes impetum faciunt. Cum undique periculum immineret: & iam quibusdā in locis labefactari castra cerpissent: Garsyeris magnitudine rei obstupefactus: & per exiguam salutis spem habens: per quendam locum incustoditū equites emittit. Quos selgenses timore future cladis arripuisse fugam rati non solum non sunt persecuti: sed rem penitus contempserunt. At illi in circuitu parum per equitantes: mox q; a tergo hostes aggressi: acerrimo prelio eos inuadunt: Tum congregati Garsyeridis pedites quanquam iam fugere uidebantur: conuerso rursus itinere in hostes feruntur. Ita undiq; circumuenti Selgenses tandem se in fugam uerterunt. Pednalienses uero ob hanc rem animis aucti eruptione facta: eos qui ad custodiā castrorum relicti fuerant expulere. Quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

omnes Garsyeris longo itinere persecutus non mediocri clade affecit. quippe ultra decem milia hominum desiderati. ex reliquis socii quidem omnes ad suam quisq; domum remearunt. Selgenses itinere per mōtes facto in patriam refugere. Garsyeris postridie eius diei cum exercitu profectus transcendere montes festinat: & antequam Selgenses recenti adhuc fuga soliciti aliquid prouiderent: urbi appropinquare. Selgenses tum paruam in auxilus sociorum ob communem cladem spem habentes: tum recenti casu deterriti: formidine & anxietate pleni de sua patrieq; salute dubitabant. Quamobrem aduocata contione de mittendo legato consultabant uno ex ciuibus suis nomine Logbasi: cui maxima amicitia ac familiaritas fuerat cum Antiocho qui mortem in thratia obierat: Preterea Laodicem Achei uxorem sibi in adolescentia traditam tanq̄ filiam educauerat: & uirginem egregie instituerat. Hunc igitur propterea ad obeundum id officium aptissimum existimantes legatum misere. At iis ad Garsyerim profectus tantum abfuit ut commissum munus sicuti bonum ciuem decebat exequeretur ut e contrario Garsyerim hortatus sit: uti ad Acheum mitteret dediturum se eis urbem pollicitus. Garsyeris spe consequende urbis erectus confestim ad Acheum misit: qui eum prouocarēt ac de presentibus rebus certiorem facerent. Cum Selgiensibus uero factis induciis percutiendi federis tempus sub pretextu longioris considerationis continue differebat: quo interea expectaret Acheum: & Logbasi perficiende rei oportunitatem preberet, Inter hec cum in sermonem frequenter inuicem conuenirent: paulatim quasi consuetudine quadam factum est: ut milites commeatus gratia libere in urbem proficiscerentur. que res multis sepenumero internitionis causa fuit. Quo fit ut mihi quidem uideatur ex omnibus animalibus nullū stollidius aut magis expers rationis esse: q̄m hominem: qui a plerisq; callidissimus omnium iudicari solet. Quot enim castra: quod munimenta: quot arces: quot & quales ciuitates per hunc modum in manus hostium deuenere. Que cum quottidie accidant cernanturq; ab omnibus: semper tamen nescio quomodo noui ac rudes in huiusmodi rebus uidemur esse. quod ideo fit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

quia ea que superioribus seculis maioribus nostris acciderunt non consideramus: Sed ad apparatum frumenti & pecuniarum & murorum & sagittarum intenti: cum labore & sumptu hec dumtaxat conquirimus. Quod uero facillimum est: maximosq; in periculosissimis temporibus usus affert: id omnes contemnimus ac pro nihilo habemus. Cum nobis alioquin liceat cum quiete & tranquillitate in historiis & cummentariis rerum gestarum edisscere & quasi experiri. Sed ut eo reuertamur unde discessimus: Acheus ad constitutam diem uenit. Selgenses una congressi maximam de regis erga se humanitate spē habebant. Logbasis congregato interea domi sue: ex iis qui commeatus gratia in urbem uenichant: haud exiguo militum numero: hortari ciues cepit ne tempus per negligentiam contererent: sed presentem Achei erga se humanitatem animaduertentes rebus suis consulerēt: conuocatoq; in contionem populo de federis conditionibus agerent. Que cum dixisset: congregata mox contione consultare de rebus presentibus ceperunt: cōuocatis etiam iis qui deputati ad locorum custodiam fuerant Logbasis dato hostibus uti conuenerat signo: repente quoscunq; domi habebat instruit: seq; una cum filiis armatum ad periculum parat. Ex hostibus Acheus quidem cum medietate copiarum ad urbem uenit. Cum reliquis uero Garsieris Cerbedium uersus proficiscitur. Idest templum iouis a deo supra urbem oportune positum: ut quasi arcis locum tenere uideatur. Cum quidam forte fortuna appropinquantes urbi hostes prospexissent: idq; precipiti cursu multitudini que in contione erat nunciassent: tanta repente animorum commotio facta est: ut dissoluta contione alii ad Cesbedium: alii in loca ad quorum custodiam positi fuerant: multitudo ad Logbasis domum concurrerint. Vbi detecta mox proditione quidam tumultuario impetum tecta conscendentes: alii ui per portas ingressi: Logbasim filiosq; & ceteros facinoris conscios crudelissime trucidarunt. Posthec proclamata per preconem seruis libertate se mutuo hortati in subsidium urbis ad loca necessaria concurrere. Garsyeris cum preoccupatum iam a ciuibus Cesbedium conspicaretur a proposito distitit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Acheo autem facere in portam impetum uolente egressi Selgẽses Septingentos eorũ ceperũt: reliquos maximis uiribus a menibus repulere. Post hec Acheus quidẽ & Garsyeris nõ sine dedecore in castra remearunt. Selgenses autem & seditionem ciuitatis: & presentiam hostium ueriti Seniores urbis supplicatum pacem miserunt. Hi cum ad Acheum ueniissent: fedus his conditionibus percussere. ut pax Acheo & Selgensibus foret. Selgenses subito trecenta talenta Acheo soluerent. Pedneleseensiũ captiuos restituerent post certum tempus alia quadraginta talenta persoluerẽt Ita Selgenses qui ob impietatem Logbasis de patria ac libertate periclitati fuerant: ob singularem animi magnitudinem & patriã tutati sunt: & neq; libertatem neq; coniunctionem quam cum Lacedemonijs habebant labefactarunt. Acheus Myliade: & magna Pamphilie parte subacta cum Sardes exercitum duxisset bellum aduersus Attalum gerebat: omnibus autem citra taurum habitãtibus grauis ac formidabilis erat. Per id tempus quo Acheus exercitũ aduersus Selgenses ducebat: Attalus Ego sagas & Gallatas secum habens: omnẽ Eolidẽ & urbes et regiõi propinquas que prius timore ad Acheum defecerant: peragrauit. Quarum magna pars sponte libenterq; se ei dedicere. pace uiribus expugnate sunt. Dediderunt se ei primo Cyme: Smyrna: Phocea: Post has egenses & Iemnite timore obsidionis ad eum defecerunt. Venerunt preterea a Teus & Colophonijs legati seq; & ciuitates suas dedentes. Quibus ineodem quo prius erant federe susceptis & acceptis obsibus Smyrnensium legatis perhumaniter usus est: q hi magis erga se fide seruassent. Continuato deinde itinere Lycũ flumen transgressus: primo ad Mysios: postea ad Carseas uenit: quibus perterrefactis & una ijs qui didyma menia custodiebant Hec quoq; loca occupauit: tradente ea per pditionẽ Themistocle qui in ijs locis dux ab Acheo relictus fuerat. Hinc mox pfectus deuastato agro quem apias incole uocant: pelecantem montem transcendit: & iuxta Maximum flumen castrametatus est. Vbi cum defectus lune accidisset Gallate labores uiarum grauiter & iniquo animo ferentes: ut qui sequentes in curribus uxores ac paruos filios habebant: notato hoc signo: minime processuros se ultra affirmabant. Rex Attalus & si nullam omnino ex ea gente

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

utilitatem habebat: ueritus tamen ne si a se ueluti contẽpti relinquerentur: ad Acheum se conuerterent: & ipse non bonam ex hac re famam consequeretur: quasi per ingratitudinem dimitteret eos: qui ob egregiam erga se fidem transisse in asiam uidebantur hortatus est illos ut paululum adhuc laborem itineris tollerarent. Daturum se mox peroportunũ locũ in quo quiescerent: & omnia que illi uellẽt: queq; ipse posset & decerent prompto aio effecturũ. Attalus igitur constitutis ad habitandum hellespontũ Egosagis. & lampsacenis Alexandrinis atq; ilienſibus q̃ in fide erga se permansissent benigne atq; humaniter tractis: Perganum cum exercitu est profectus.

Antiochus & Ptolemeus ineunte uere: & necessariis ad bellum paratis educere uterq; exercitum maturabant. Ptolemeus igitur Alexandria proficiscitur ultra septuaginta milia peditum secum habens: equitum quinque milia tris & septuaginta elephantos. Antiochus cognito eorũ recessu e uestigio copias cogit. Hic aut copie erant. De quidem & Carmani: & scilicet in expeditorũ modum armati circiter quinq; milia. Horum dux erat Byttacus macedo. Sub Theodoto uero etolo proditionis auctore erant ex omni regno delecti: & in macedonum morem armati decem milia hominum: quoz magna pars argyraspides erant. Phalangis multitudo ultra uiginti hominum milia continebat. huic Nicarchus & Theodotus cognomento Emiolius preerant. Preter hos Agrianes & per se sagittarii & funditores circiter duo milia hominum erant: cum quibus traces mille quorũ dux erat Menedemus Alabandeus. Deinc medi Cissii: Cadysii: Carmani ad quinque milia quorũ curã habebat. Acuis Aspasiam medi filius. Abares autem & alii ut finitimi ultra decem milia Zabdibelum ducem sequebantur Mercenarios preterea e Gretia milites ducebat Hippolocus Thessalus numero quinque milia hominum. Cretenses mille & quingentos Eurylochus habebat. Neocretenses mille Zelysgorgynius cum quibus una conuenerant funditores lydi quingenti Cardaces sub Lysimacho gallo mille. Equitum omnis multitudo erat ad sex milia hoim quorũ quatuor milibus preerat Antipater regis fratris filius. Reliquis uero Themison. Ita Antiochi omnes copie erant duo & sexaginta milia peditum: equitum sex milia:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Elephanti centum & duo. Ptolemeus iter per pelusium faciens hãc primum urbem in potestatẽ recepit. ubi destributo affatim inter milites frumento paulopost inde profectus per Cassium & Barbra gazam uenit. Hic receptis copiis mox inde abiens paulati ꝓcedit ac quinto post die quinquaginta stadia distans ab urbe Rhaphia castrametatus est. que urbs post Rhinocolura sita est: prima ciuitatum Syrie que egiptum aspiciunt. Eodem tempore Antiochus cum exercitu uenit: & hanc urbem preteriens noctu castra locat circiter decem stadia a castris hostium remota. Principio igiẽ hoc inter se spatio distantes utriq; morabantur. paucis uero iteriectis diebus Antiochus oportuniorem locum occupare uolens: & animũ militibus suis augere castra ꝓpius hostibus admouit: ut uix quinq; stadia inuicem distarent. Vbi dum aquatũ ac pabulatũ quottidie proficiscũtur: crebra inter se certamina cõmittunt. Similiter etiã inter utraque castra mõ pedites nõnunq; eqtes se mutuo aggressi fortunam belli experiuntur. Sub idem tempus Thedotus magna ac plane etolica audacia usus est. Cum enĩ longa experientia uitã ac mores regios didicisset: sub auroram castra hostium ingreditur & aspectu quidem propter tenebras incognitus erat: genere uero uestimẽti & reliquo ornatu haud multũ a ceteris differens: q uippe uarius illi uestibus utebãtur. Notato autem precedentibus diebus loco in quo tẽtorium regis erat: q ante ipsa fere castra sepe inuicẽ fuerant congressi: recta ad illud cõtendit. cumq; icognitus oẽs pertransisset: clam intentoriũ uenit in quo rex uersari ac cenare consueuerat. Vbi cum omnia diligenter lustratus regem minime comperisset: nam in secretiori quodam loco quiescebat: duobus qui ibi cubant uulneratis: & Andrea medico regis interfecto: tuto in propria castra reuersus est. audacia quidem propositum suum cõsecutus sed deceptus prouidẽtia: q non recte locũ in quo cubare Ptolemeus consueuerat: inuestigarat. Reges cum quinq; diebus aduersus seinuicem castra tenuissent: descendere tandem in plũ ambo decreuere. Cum igitur Ptolemeus mouere e castris exercitũ cepisset: extemplo Antiochus quoque idẽ fecit. Phalanges uterq; rex & delectos in macedonicum morem armatos aduersus se inuicẽ collocauit. Ptolemeus utrunq; cornu hunc in modum instituit. Polycrates cum equitibus sibi subiectis leuũ cornu tenebat. Inter

Rhaphia
Rhinocolura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

hoc & phalangem cretenſes erant iuxta ipſos equites collocati. Poſt hos regium agema: deinde ſcutati qui ſub Socrate erant: poſtremo libyci in macidonicum morem inſtructi. In dextro cornu erat Echecrates Theſſalus ſubiectos ſibi equites ſecum habens poſt quos erant galathe & thraces poſt eos phoxidas cum mercenariis e gretia militibus: deinde phalanx egiptiorũ. Elephantorum in leuo cornu quadraginta poſuerant: in quo Ptolemeus ipſe pugnaturus erat. triſ & triginta ante dextrum cornu iuxta mercenarios equites collocarant. Antiochus uero ſexaginta Elephantos quibus preerat Philippus ſodalis eius ante dextrum cornu ponit: in quo certare ipſe aduerſus Ptolemeum decreuerat. Poſt hos duo milia equitum qui ſub duce Antipatro erant collocat. Penes equites a fronte Certenſes conſtituit. poſt quos mercenarium e grecia militem: deinde quinque milia pedi/tum qui in macedonicũ morem armati Byttacum ducem habebãt In ſiniſtro uero cornu ante omnes duo milia equitum ponit: quibus dux preerat Themiſon penes quos cardaces & lydos ſagittarios collocat poſtea tria milia expeditorũ qui ſub Menedemo erant deinde Ciſſios: Medos: & Carmanios. poſt quos arabas phalangi iunctos. Reliquos deide elephantos leuo cornu ꝓponit: Myiſco uno ex pueris regis illis ꝓfecto Hũc immodũ inſtructis utrinq; copiis: reges ordines ſuos una cum ducibus atq; amicis hortari: publice priuatimq; fortitudinem militum extollere: maximam in phalangibus ſpem habere. que ſint uictoriam ſubſecutura premia uterq; proponere. Hortabantur autem una cum Ptolemeo copias Andromachus: & Soſibius: & ſoror eius Laodice: Cum Antiocho uero Theodotus: & Nicarchus: quod hi apud eos phalangibus preerant. Poſthec uterque Rex paulatim aduerſus alterum procedit. Ptolemeus quidem: cum ſorore Laodice leuum cornu tenens: Antiochus cum phalange regia dextrum. Hic igitur bellicum canentes primum cum Elephantis ſe mutuo inuadunt. Pauci ex iis quos Ptolemeus habebat in aduerſos feruntur: Ex quibus optimam certe faciebant Milites pugnam tacentes haſtas: & ſemuicem crebris uulneribus afficientes. Longe tamen meliorẽ fere ipſe faciebant ingenti impetu ſe inuicem impetentes & faciem facie uerberãtes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Est enim hic elephantorum mos ut inter se congressi: & mutuis se dentibus impetentes acerrime pugnent: simul atq; uero uulnus aliquod acceperit nó secus in oēs dētibus seuiāt: q̄ tauri cornibus. Verú maxima pars elephantoꝝ Ptolomei prelió formidabat: qđ plerūq; accidere Libycis elephantis consueuit: odorē enim & uocē non patiunt: p̄terea magnitudinē ac uires ut mihi uidēt timētes: Indicos statim fugiūt: uti eo tempore accidit. Subito enim in fugam conuersi: & ordines suoꝝ pturbantes maximam in phalange Ptolomei stragem fecere. Quod cernēs Antiochus extemplo cum elephātis equites qui sub Polycrate duce erant aggredit. Similiter mercenarii milites qui circa phalangem erant in scutatos Ptolomei ferūt. Quāobrem hos quoq; ordines dissipātibus ferit: leuú cornu Ptolomei declinauit. Echecrates uero qui dextro cornu preerat p̄ncipio quidem ut p̄dicta cornua cōgrederent expectabat. Vbi uero surgentē in aera puluerē: & elephantos suos nequaq̄ ferri in aduersos audētes aīaduertit: mandat Phoxide mercenariú militem habenti ut a fronte oppositos hostes aggrediat. Ipse equites elephā/ tosq; paulatí educēs idem facit. paribus igit animis utrinq; congre/ diúr prelió diu atrox fuit. Ad extremú tñ cú Echecrates ipe qdē extra piculú elephantoꝝ esset: maximā uero stragem in hostiles equites faceret: Phoxida quoq; & cereris qui cú eo erāt Arabes & Medos p̄ter modú p̄mētibus: leuú cornu Antiochi í fugā uertit. Ita cuius dextrú cornu supius erat: leuú fugabatur. Phalanges utriusq; integre pmanebāt: dubiá de futuro spem hñtes. Inter hec Ptolomeus fuga ad phalangē facta cú in mediú uenisset: seq; militibus oñdisset: tm̄ suis animi: hostibus uero terroris addidit: ut qui cum Andromacho & Sosibio erāt: abiectis repēte armis fuge se cómiserint. At rex Antiochus ut iuēis: & bellicarú rerú experis: ex sua uictoria reliquoꝝ quoq; cōiecturā faciēs: fugientes summa celeritate ísequebat. Quodā uero e senioribus eú reuocāte: & surgentē a phalange ad eius castra puluerem ostendēte: tunc demum rem ítelligēs cōuerso itinere in castra conat reuerti. Cú uero suos oís fuge expositos compisset: cósilu inopś ipe quoq; Raphiá fugit putans nó steriss̄e per se qn pulcherrima atq; honestissima uicto/ ria potitus esset: totiusq; cladis sue causā tarditatem atq; ignauiam militú fuisse: Ptolomeus in phalange quidem uictoria potitus: in

Antiochus

Raphia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

dextro uero cornu compluribus equitibus ac mercenariis ãmissis impñtiaꝝ in castra reuertit: & curãdoꝝ corporũ potestatẽ militibus facit. Postridie eius diei electa suorũ cadauera tradi sepulture iubet: deinde hostiũ corporibus spoliatis Raphiam cum exercitu cõtendit. Antiochus & si statim ex fuga reuocatis suis castrametari extra urbes cupiebat: tñ quia milites eius magna ex parte in urbẽ cõfugerãt: ipe quoq; idem facere est coactus. Sequẽti autem die eductis sub aurorã que ex tanta clade supfuerant copiis: Gazam ꝓficiscit. ubi castris positis: missisq; qui suoꝝ cadauera reposcerẽt: mortuis parentauit. Desiderati autem fuerunt ex militibus. Antiochi ultra decem milia peditũ: equites plus q̃ trecenti. uiui circiter quatuor milia in potestatem hostium peruenerũt. Elephantorũ tres in ipso prelio: duo postea ex uulneribus piere. complures eoꝝ uiui capti. Hunc igit finem habuit memorabile prelium quo duo maximi reges prope Rhaphiam de imperio Syrie certauere. Sepultis cadaueribus Antiochus cum uniuerso exercitu domũ remigrauit. Ptolemeus Rhaphia & reliquis ciuitatibus repẽte potitus est: uniuersis populis inter se certantibus: ut in dedendo se regi uicinum preuenirent. Antiochus cum ad ciuitatem eius Eponymũ peruenisset: subito Antipatrum fratris filium: & Theodotum Hemiolium legatos ad Ptolemeum misit: qui pacẽ a rege ꝑcarẽt. timebat enim Ptolemei uires: & perexiguam spem ob acceptam nuper cladẽ in militibus habebat: formidabat ꝑterea Acheum ne oportunitate temporis motus bello eum infestaret. Ptolemeus autem nihil horum cogitans: sed felici atq; insperato successu rerum letus: beneq; secũ actum existimans: ꝙ iam omnem Syriam possideret: haud alienus a conditionibus pacis erat: sed plus etiam q̃ satis esset pronum ad hoc animũ hẽbat: allectus desidia uite qua semper fuerat usus. Cũ igit añ eius cõspectũ legati uenissent: paululũ in Antiochũ iuectus pacẽ ĩ ãnũ cõcessit. ac Sosibiũ una cũ eis qui fedus firmaret ad Antiochum misit. Ipe in Syria & Phenice circiter tris mẽses cõmoratus: ordiatis mox ciuitatibus: & cura eoꝝ oĩm locoꝝ Andromacho aspẽdio tradita Alexãdriã cũ sorore & amicis reuersus ẽ. Antiochus firmato cũ Sosibio federe: & rebus oĩbus ex snĩa cõpositis: ad apparatũ belli aduersus Acheũ sicuti a principio statuerat se cõuertit. Hic igit erat ea tẽpestate asiacaꝝ reꝝ status.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Eodem tempore Rhodii sũpta occasione ex terremotu qui pau/
cis ante diebus apud eos fuerat: in quo & collosus magnus: &
ícenia ac naualia quam plurima deciderant: ita prudenter atq; in/
dustrie se gesserunt: ut non detrimenti: sed potius sũme utilitatis
causa hic casus fuisse uideretur. tantum apud homines ignorantia
atq; segnities a prudentia atq; industria differt nõ solum í ꝑuata
uita ueꝝ etiam in publicis rebus: ut in his secunde res detrimentũ
in illis aduerse emendationem quandam errorum afferre uideant.
Rhodii enim eam rem magnam ac grauẽ facientes: & in mittẽdis
quotidie legationibus soliciti: in id ciuitates & maxíe reges íduce/
bant: ut non solum ab iis maxima munera consequerentur: ueꝝ
ita consequerentur: ut dantes ipsi accipere ab iis gratiam se puta/
rent. Hicron enim & gelon non solũ quinq; & septuaginta talẽta
ad gimnasii instaurationem eis dederunt. partí subito: partim bre/
uissimo post turpe: ueꝝ etiam lebetes argenteos: & eoꝝ tripedes &
urnas: preterea ad sacrifitia peragenda decem talenta: ad ciuium
usum alia decem: ut omnia centum talentoꝝ munus facerẽt post
hec omnibus qui Rhodum nauigarent immunitatem concessere.
Catapeltas trium brachioꝝ: quinquaginta: & ad extremum tanq̃
a Rhodiis beneficium accepissent: statuas in celeberrimo totius
urbis loco erexerunt; coronatum rhodium populum: a populo sy/
racusano. Ptolomeus uero eisdem promisit talenta argenti trecẽta
frumenti artabas ea est mensura medica: ultra decies centena milia
ligna ad faciendas quinqueremes sex: triremes decem. buxi qua/
dranguli brachia circiter quadraginta milia: funiũ tria milia: uela
item: atq; arbores ad tria milia. ad ístaurationem Colossi talẽtoꝝ
tria milia. edificatores centũ: operarios trecentos & quinq̃gíta. &
ad horum uictum singulis annis quatuordecim talenta. Preter
hec ad certamina & sacrificia artabas frumenti circiter duodecim
milia. item ad cõmeatum decem triremium artabarũ uigíti milia.
Quarum omnium rerum magnã partem í presentia dedit: argẽti
totius partem tertiam. Eodem modo Antigonus ligna a sexdecim
usq; ad octo brachia ultra decem milia: tabulas septem brachiorũ
ad quíque milia: ferri talẽta: tria milia. picis talẽta mille: alterius
picis mille modios. Posthec omnia. centũ argenti talenta pollicitus
est. Chriseys autem mulier frumenti centena milia. Plumbi talẽ/
torum tria milia. Seleucus Antiochi pater preterq̃ ꝙ ímunitatem

Terremotu rhodi

artaba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

nauigantibus rhodū conceſſit: miſit etiam quinqueremes ſtructas decem. Frumēti biſcentena milia. Lignorum. retine: & capillorū decem milia brachiorum: & mille talenta: Similia hiſ pruſiaſ & mithridateſ fecerunt. Principeſ preterea omneſ qui in aſia ſunt: ut lyſanniaſ: olimpicuſ: limneuſ ac ceteri. Ciuitateſ uero que rhodiſ pro ſuis queq; uiribus gratificate ſūt: nemo enumerare facile poſſet. Hec in preſentia quidem recenſenda exiſtimauimuſ primo Rhodiorū gratia: ut eorū induſtria ac uigilātia in rebus publicis manifeſta omnibus foret: ſunt enim profecto & laude & emulatione digni. Secūdo auaritie regum noſtri temporis cauſa: & puſillanimitate gentium ac ciuitatum: ne uel illi quatuor aut quīque talenta largienteſ credant ſe grande aliquid atq; amplum facere ac p ſide eandem beniuolentiā: eoſdemq; honoreſ a grecis querāt. quoſ priſtini regeſ habuere: uel ciuitateſ. magnitudinem ueterum munerum memoria repetenteſ: exiſtiment ſe exiguis noſtri tpis muneribus maximoſ illoſ atq; optimoſ honoreſ debere: ſed ſeruare dignitatem ſuam conenē: ut grecie populi longe a ceteris hōibus differant. Ineunte iam eſtate cum dux Etolorum eſſet Agetas: Aratus autem Acheorum dux imperium depoſuiſſet: Nam hoc loco ſuperius a ſociali bello digreſſi ſumuſ: Lycurguſ. Lacedēonius ex Etolia redit. Magiſtratuſ enim cum falſo iniectam ei calūniā propter quam diſceſſerat comperiſſent: confeſtim eum in patriā reuocarunt. Hic igitur miſſuſ eſt ad Pirriam etolum: qui tum eliēſiū dux aduerſus Meſſenioſ erat. Aratus & mercenariū militē Acheorum male inſtructum accepit: & ciuitateſ negligenter ad bellum diſpoſitaſ: q; Eperatus: qui ante eum dux fuerat: male ut ſupradiximuſ ac ſegniter oīa adminiſtraſſet. Verūtamē hortatuſ Acheoſ & decreto eorum accepto ad belli apparatum omni ſtudio erat intentuſ. Decretū autem ab Acheis hoc fuerat: ut mercenarii peditеſ cogerentur nō pauciores octomilibus: equiteſ quingenti Ex acheis uero deligerētur tria milia peditum: & trecenti equiteſ ex quibus Megalopolitani eneum ſcutum habenteſ eſſent peditеſ quidem quingenti: equiteſ quinquaginta. totidem etiam argiui eſſent. preterea ut naueſ quoq; pararentur: in littore & argolico ſinu treſ: circa patraſ & Dymen totidem. Aratus igitur in delectu habendo & huiuſmodi rebus parandis occupatus erat. Lycurguſ autem & Pyrriaſ conſtituto inter ſe tempore quo egredi uterq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

deberet: uersus Messenē proficiscebantur. Dux achęorū cognita eorum profectione cum mercenariis & quibusdam delectorum Megalopolim uenit. opē messeniis laturus. Lycurgus messenioꝝ agrum ingressus: mox Calamas opidum per proditionem accepit. deinde iter prosecutus miscere se cum etolis maturabat. Pyrriasq; cū ferem nudus ex elide aduenisset: statim a cyparensibus reiectus iter conuertit. Quamobrem lycurgus cum neque iungere se cum pyrria posset: neq; ipse satis per se potens. ad res gerendas foret: nulla re memorabili facta Spartā reuersus est. Aratus. frustratis opinione sua hostibus: quod futurum erat auguratus iussit: ut a Taurione pararentur equites quinquaginta. & quingenti pedites: Messenii totidem pedites atq; equites mitterent. uolens hus copiis ab incursionibus hostium seruare Messeniorum & Megalopolitanorum & Tegeatarum & argiuorum agros: quippe omnes hec regiones spartano agro finitime. plus ceteris Lacedemoniorum bello sunt expositę: Achaicis uero hac mercenariis militibus ab Elienśium atq etolorum periculo achaiam custodire. His peractis dissensionem: que orta inter Megalopolitanos fuerat. iuxta Achęorum decretum composuit. Megalopolitani enim cum paulo ante a cleomene patrio solo eiecti fuissent. egebant quidē multis sed rebus omnibus carebant. Siquidē in dignitate sua pmanentes commeatum & sumptus necessarios nec publice nec priuatim habebant. Quamobrem seditione: ira: simulatibus omnia apud eos plena erant. Hoc enim & in rebus publicis & in priuata hominum uita accidere consueuit: quando necessarii sumptus desunt. Primo igiē inter se de membus urbis dissidebant: dicentibus alius tantū facere eius circuitū oportere: quantum & presentes eorum fortune paterentur: & custodire in tanta paucitate hominum possent: alius autem plane contrarium asserentibus. Maxime autem de legibus a pritanide scriptis inuicem contendebant: quem legumlatorem eis Antigōus dederat: eratq; iter pipateticos celeberrimus. Cū hec in ciuitate dissensio esset: Aratus ciuiles omnes discordias sedauit: & exardescentem iam mutuo. Megalopolitanorum iram publice priuatimq; restinxit. Reconciliatis inuicē Megalopolitanis repēte Aratus inde profectus ad Achęorum concilium uenit: Mercenarius Seleuco pharto duci relictis. Elienses Pyrrie q negligenter se gessisse uideretur infensi: Euripidem Ducem ex urbe Etolia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

accersiuerũt: qui obseruato Acheorũ cõcilio: & acceptis sexagita equitibus. ac duobus milibus peditum. copias extemplo eduxit: omnemque regionem usq; ad egiadem depopulatus est: & capta ingenti preda mox Leontium reuertebatur. Lycus ea re cognita obuiam eis profectus. e uestigio hostibus occurrit: & collatis utribus circiter quadringentos eorum interfecit. ducentos uiuos cepit. In quibus clariores erant Physsias: Antanor: Clearcus: Euanoridesi: Aristogiton: Nicasippus: Aspasius. armis uero atq; impedimentis omnibus potitus est. Sub idem tempus prefectus classis Acheorum Molictiam uenit. Vnde mox profectus conuerso itinere Chalceam nauigauit. Vbi cum oppidani obuiam exiuissent: duas longas nauis remigibus & ceteris necessariis rebus instructas cepit. preterea nauigia quamplurima parua abduxit. Collecta preterea eodem tempore terra mariq; ingenti preda: & comeatu ac rebus ad uitam necessariis inde acceptis: milites quidẽ audatiores in posterum sunt facti: ciuitates uero meliorem spem animo conceperunt: quidẽ necessaria ad uictum non cogerentur copias suppeditare. Inter hec Scerdilaidas iniuria se affectum a rege existimans: q̃ integre sibi stipendium sicuti ex fedele cum philippo conuenerat: solutum non fuisset: quindecim lembos cum dolo emisit: qui cum Leucadem appulissent: omnibus eos propter|factam cum rege societatem tanquam amicos accipientibus: cum nihil aliud efficere mali possent. Agatinum & Cassandrum corinthios qui tanq̃ amici eundem portum cum quatuor nauibus ingressi fuerant uiolato federis iure: ipsosq; & naues eorum ceperunt: ac ad Scerdilaidã subito misere. Posthec Leucade profecti: & cursu uersus maleam directo mercatores depopulabantur. Instante iam estate: & bis qui cum taurione erant custodiam predictarum urbium spernẽtibus Aratus delectos milites secum habens cõmeatus gratia in argiuum agrum uenit. Euripides autem cum multitudine etolorum egressus populabundus per tritensium regionem grassabatũ. Lycus & Demodocus priuati acheorum duces: ubi de aduentu etolorum intellexere: congregatis Dymensibus & patrẽsibus ac pharensibus preterea etiam mercenarios secum habentes in elitensem agrum impetum fecerunt. cumque ad locum uẽissent quem incole Phyxium uocant leuioris armature milites una cum equitibus discurrere p agrũ iussẽrũt: grauiorem uero armaturam

Phyxium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

circa eum locum in insidiis posuere : Concursantibus mox passim temereq; in subsidium suorum etiensibus cum insidiarum locum p/ transissent: insurgentes qui cū lyco erāt magno impetu in etienses irruere qui cum resistere eorum uiribus non possent repente in fugam conuersi : ducēti fere desiderati sunt: octuagīta uiui cap/ ti. Illi predam omnem integram abegerunt. Per idem tempus prefectus quoq; classis Acheorum cum sepenumero Calidonem & Naupactum nauigasset : regionem omnem depopulatus est: & hostes bis in fugam uertit. cepit etiam Cleonicum Naupactícū qui quoniam hospes Acheorum erat : in presentia quidem nihil mali passus est. paucis uero interiectis diebus sine precio liberatus fuit. Sub idem tempus Agetas Etolorum dux: congregata mul/ titudine etolorum omnem Acarnanum regionem ferro igniq; uastauit. Similiter uniuersam Epirum depopulatus est. Que cum fecisset in patriam reuersus: suam cuiq; domum abeundi potestatē fecit. Acarnanes deinde in stratensem agrum profecti : statimq; ab hostibus repulsi turpem quidem sed tamen incolumem fugam fecere. q; stratenses insidias ueriti persequi illos nō sunt ausi apud Phanotenses eodem tempe rursus proditio facta est in hūc modū Allexander Phocidi a philippo prefectus: ordinauit proditionē aduersus etolos per Iasonem quendam : qui a se Phanotensium urbi prepositus fuerat. Hic ad Agetam Etolorum ducem missus policitus est se Phanotensium arcem illi traditurum: quadere & pactum inter se firmarūt & iusiurandum prestitere. Cum consti/ tutus dies aduenisset: Agetas noctu eo cum Etolis uenit: colloca/ tisq; in occulto quodam loco iuxta urbem copis: centum ex oīm multitudine delectos in arcem mittit. Iason Alexandrum in urbe cum sufficienti numero militum paratum habens: iuuentutem ex pacto intra arcem recipit . Alexander repente impetu in arcem cum suis facto etolos omnes cepit. Exorta deinde luce Agetas cū id factum cognouisset: exercitum domum reduxit : hac clade ut alius sepenumero turpiter ab hostibus affectus. Per eosdem dies Philippus rex Bylazonem cepit: urbem in peonia maximam: & peroportune sitā ad ingressum Macedonie ex Dardania. In qua sufficienti presidio collocato Chrysogonum summa celeritate in superiores Macedonie partes misit: qui nouum militum delectum haberet. Ipse acceptis ex Bottia & Amphaxitide copis Edesam

Bylazo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

uenit: ubi expectato cū Macedonibus Crysogono mox inde cū
omni exercitu discessit: & sexto post die Larissā uenit. Cōtinuato
deinde per noctem itinere Meliteam appulit: & admotis menibus
scalis capere urbem conatus est: tantoq; terrore ob repentinum &
inopinatum aduentum melitenses affecit: ut parum abfuerit quin
urbe sit potitus: & nisi scale aliquantoq; erat opus breuiores extu/
tissent: profecto compos desiderii fuisset. Verumtamen hac spe
fraudatus & castris iuxta Enipem flumen positis copias ex larissa
& ceteris ciuitatibus coegit: quas per hyemem obsidionis gratia pa/
rauerat: omnis enim intentio eius erat thebas capere. Hec urbs nō
lōge a mari sita ē: distatq; ab urbe Larissa circiter trecēta stadia
adiacet autem peroportune Magnesie & tessalie: & maxime ei pti
magnesie: quam Demetriadem uocant: Thessalie uero ei parti q̄
pharsali & pherensi incolunt ex qua: cum eam per id tempus
Etoli tenerent: maximum detrimentum Pharsaliensibus ac De/
metriensibus inferebatur: nec minus etiam larissei: quippe etoli
crebras in eum agrum incursiones faciebant quem Namyricum
incole appellāt. Quamobrem philippus haud parui hanc rem fa/
ciendam existimans omni studio ad urbis expurgationem incum/
bebat. Paratis igitur cētū & quinquaginta catapeltis: balistis uero
quīq; & uigīti: thebis cū copiis appropinquauit: diuisoq; in tris ptes
exercitu urbem a tribus lateribus cinxit. Vnam quidem partem
circa Scopium posuit: aliam circa heliotropiū: tertiam ipse iuxta
montem: qui urbi imminet tenuit. Quod uero inter castra locorū
supererat fossa ac duplici uallo diligentissime munuit. Addidit
preterea ligneas turres in singulis iugeribus sufficienti presidio
refertas. Post hec omni bellico apparatu simul congregato adu/
cere arci machinas cepit. Verum p tres primos dies nullam ptem
operum admouere potuit: tanta audatia ac fortitudine milites
emenibus propugnabant. Post quam uero propter continuationē
certaminis & multitudinem telorum alii ex ciuibus interfecti sunt
alii uulneribus affecti: tūc parua mora a propugnantibus facta
Macedones uix nono die substentacula ac ceteras machinas me/
nibus admouerunt. Postbec continue expugnationi urbis intēti:
ita ut nec nocte nec interdiu catapelte & baliste cessarent: intra
trium dierum spatium ad duo iugera muri confregerunt. Verū
cū adhibita mēibus substētacula magnitudinē ponderis substinere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

non ualerent in terram decidentes: murum quoque antequam
ignis a Macedonibus inuiceretur secum traxerunt. Quo facto cū
animi omnium creuissent: seq; ad ingressum urbis pararent: ac iā
incepturi prelium uiderentur: perterriti thebani seq; & urbem
dediderunt. Philippus cum per hunc modū Magnesie & Tessalie
loca tuta reddidisset: preciosissima queq; etolorum bona abstulit:
Vrbem uero electis antiquis cultoribus: ac macedonibus ad eius
habitationem constitutis mutato nomine pro thebis Philippolim
appellauit. Cū adhuc in ea urbe moraretur: rursus legati de pace
a chis & Rhodiis & byzātiis & rege Ptolemeo uenere. Quibus
cum idem quod ante responsum dedisset: seq; haud alienum a pace
animum habere respondisset: eos remisit: & ut etolorum quoque
animos tentarent iussit. Ipse contempta pace toto animo exteris
rebus incumbebat. Quamobrem cum ei nunciatum fuisset Scerdi-
laide lēbos omnia circa maleam depopulari: & mercatoribus om-
nibus non secus quem hostibus uti: preterea quasdam naues ex suis
in leucade preter fedus cepisse: armatis duodecim cataphractis na-
uibus: & octo aphractis. preterea honerariis triginta per Euripū
nauigat: simul speransillirtorum lembis potiri: simul omnibus ui-
ribus ad bellum aduersus etolos intentus: q̄ non dum res in italia
gestas cognitas haberet. Nam quo tempore Philippus thebas ob-
sidebat: Romani ab Hānibile profligati in tuscia fuerant: sed nō
dum fama earum rerum in greciam peruenerat. Philippus igitur
parata classe cum Cenchreas appulisset: cataphractas quidem na-
uigare circa maleam uersus egium & patras mandauit. reliquas
uero in lechęo positas commorari in eo portu iussit: ipse quem
celerrime ad nemos ludoi prefectus: argos uenit. Hic tū specta-
culo itteresset: littere ei ex Macedonia afferuntur significantes
Romanos ingenti clade ab Hānibale superatos fuisse: Hānibalem
ipsum campis potiri. Subito igitur Demetrio phario dumtaxat
litteras ostendit: iusso ne quicquam alicui loquerē. Hic ea occa-
sione sumpta hortari regem cepit: ut expedito mox Etolorū bel-
lo illyricas res aggrederetur: omnem enim greciam & in presēcia
parere regi & posthac idem facturam esse: cum presertī Achei
sponte sua regi beniuoli forent etoli uero tot cladibus p̄senti bello
affecti: potenciā eius formidarēt. Italiā autē inquit trāsiretacio-
nem in eam initium esse totius orbis principatum assequendi: quē

Philippolis
Thebae pr

nemini meliori iure quē illi cōuenire. Tempus preterea ipñtiaꝝ ad id peroportunum esse: Romanis ingenti clade ab Hānnibile profligatis. Huiusmodi rationibus usus Demetrius statim id regi persuasit. utpote adhuc & adolescenti: & natura audaci: ac preter modum imperii auido. Posthec philippus congregato amicorum consilio: agere de pace etolorum cepit. ad quod cū Aratus quoq; libenter ueniret: rex haud expectatis legatis: qui publice de con/ditionibus pacis referrēt: subito Cleonicum Naupactiū ad etolos misit: hunc enim reperit adhuc ex captiuitate consilium acheorū expectantem. Ipe nauibus corinticum pedestribus copiis acceptis egium uenit. deinde Lassionem profectus: & occupata in perip/pus turri: irrupturum se in eliensem agrum simulabat: ne forte nimis appetere pacem iudicaretur. Posthec bis aut ter reuerso Cleonico: & precantibus etolis: ut rex ipse ad eos proficisceretur libenter concessit datisq; repente ad omnes socias ciuitates litteris: ac bellico feruore restincto: singulos hortatus est admittendas ꝓ componendis rebus: & pace cum etolis firmanda legationes. Ipse transportatis copiis: & castris circa Panormum positis: qui pelo/ponnesi portus est: e conspectu Naupacti situs: legatos sociorum prestolabatur. Interhec dum illi congregarentur in Zacynthū profectus: solus res eius insule composuit: ac mox inde ad eundē locum reuersus ē. Congregatis tandē legatis Aratum & Tauriōem cum quibusdam aliis ad etolos misit. Qui cum ad eos uenissent: erāt enim in consilio Naupacti congregati: pauca quedam locuti: & intellecto eorum desiderio de pace facienda: e uestigio ad Phi/lippum reuersi: omnia regi nuntiarunt. Etoli desiderio pacis fla/grantes una cum iis legatos ad regem misere oratum ut ad se cum copiis ueniret: quo res melius ac celerius componerentur. Rex p̄/cibus eorum pellectus: in locum circiter uiginti stadia a naupacto distantem cum copiis nauigauit. ubi educta multitudine: & castris nauibusq; uallo ac fossa circumdatis aduentum etolorum presto/labatur. Etoli inermes uersus regem profecti duo stadia procul a castris regiis constitere. statimq; ad regem miserunt qui de rebus presentibus dissererent. Rex igitur primo omnes qui a sociis ciui/tatibus conuenerant ad eos transmisit: iussos hac condictione pacē cum etolis firmarent ut ea quisque in posterum teneret. que in pñtia tenebat. Quā condictionem cum libenter etoli acceptassent

portus
usi
thus ins.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

pro particularibus deinde rebus frequentes hinc inde nuntii mit/
tebantur. Quarum rerum maximam partem consulto pretermisi/
mus q̄ nihil in iis memoratu dignum esse uidebatur. Libuit autem
ad hortationem qua apud regem & socios principio usus est Age/
laus naupactius paucis referre. Hic enim cum facta esset dicendi
copia: omnesq; ad audiendū parati forent: oportere inquit max/
ime grecos nunq̄ aduersus se inuicē bellum gerere: sed maximas
dus habere gratias: si omnes unius sententie: & instar eorum qui
flumina trahiciunt mutuo nexu manuum colligati barbarorum
impetū repellere: seq; & ciuitates suas tutari queant. Quod si fieri
continue non possit: hoc saltem tempore omni studio seruandum
q̄ nunquam in maiori periculo grecia fuerit. prospicere enim se
multitudinem copiarum & magnitudinem instantis belli neq; dubi/
tare seu Cartaginenses Romanos siue Romani Cartaginenses in
italia superarint: neutros Sicilie atq; italie imperio contentos fore
Ceterum statim uictores plusq̄ satis sit manus extensuros: transitūq;
in orientem facturos. proinde omnes prouidere huic rei oportere
& presertim Philippū. prouidere autē hoc duntaxat modo posse
si restincto presenti bello non solum grecie ciuitates cesset affli/
gere: sed econtrario omnium ipse quasi unius corporis curam ha/
beat: & uniuerse gretie saluti tamquā proprie & ditioni sue sub/
iecte consulat. Hoc enim si fecerit: & grecos sibi beniuolos ac ad
futura bella optimos concertatores futuros esse: & barbaros fidē
grecorum erga regem timentes: minus imperio eius insidiaturos.
Quod si ad propagādum imperium animum habeat aspicere eum
in occidentem oporrere: & quo in statu res italie sint considerare.
esse enim in presentia tempus. quo facile totius orbis principatum
sperare possit: minus negocii habiturus: q̄ Romani apud Trasi/
menum lacum uicti ab Hannibale fuissent. In sūma regē hortat
ut bella atq; discordias totius grecie impacem cōcordiāq; cōuertat:
enitaturq; omni studio conseruare sibi in posterum libertatem: p̄
arbitrio suo bellum aut pacem in prouintia constituendi. Quod
si semel nubem illam quam consurgentem in occidente uidebant
trucis & cruenti belli grecie locis appropinquare permitteret ue/
reri se inquit ac uehementer sollicitū esse ne huiusmodi dissēsiones
& cōcordie & ludi quos inuicem committebant ita ab eorum om/
nium potestate extiderentur: ut ne precari q̄ deos liceret hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

sibi facultatem adesse : ut bellari mutcem ac pacem facere p eoꝝ arbitrio liceret. Hec cum dixisset Agelaus: animos socioꝝ mirũ immodum ad pacem inflãmauit: maxime autem pmouit Philippũ regem: q nõ mediocriter iam propter uerba Demetrii ad id mẽtẽ inclinauerat. Quãobrem unanimi consensu pacem cũ etolis fecere. Firmato igitur federe omnes discesserunt pacem in patriam pro bello reportantes. Hec omnia gesta sunt anno tertio centesime & quadragesime olympiadis. Dico autem id prelium: quod Romani in tuscia commiserunt : & bellum Anthiochi in Syria gestum : & pacem ab Acheo & Philippo cum etolis factam. Grecas igitẽ atq; italicas res item etiam africanas hec primum tempora cõiunxere. Neq; enim post eum diem Philippus : nec ceteri grecie principes cogitationes suas ad greciã referebant. neq; bella aut pacem iuicẽ moliebantur: sed omnes iam mentẽ oculosq; ad italiã conuertebãt. Paucis quoq; interiectis diebus insularum & locorum asie cultores idem fecere. Omnes enim qui uel Philippo infensi erant : uel ab Attalo dissidebant : non iam ad Antiochum & Pholemeum: neq; ad meridiem aut orientem: sed ad occasum omnes conuertebantur alii Cartaginenses: alii Romanos crebris legationibus fatigantes Similiter Romani quoq; Philippi uires atq; audatiã ueriti legatos i greciam mittebãt. Nos autem quoniam sicuti a principio statue/ramus: manifeste nobis: nisi nos oppinio fallit ostendimus: quando & quomodo & quibus ex causis res grecie cum italicis & libycis q̃si in unum corpus coaluerunt: supereſt ut narrationẽ rerũ in gretia gestarum prosequamur: quousq; ad ea tẽpora uentum sit: i qbus Romani iuxta cannas a Cartaginensibus uicti ac pfligati fuere. Hinc enim a rebus italicis digressi sumus: & de iis que in grecia & asia iisdem temporibus gesta sunt hunc & superiorem librum per/scripsimus: Achei cum primum finis bello ipositus fuit: Timoxeno duce electo ad instituta patrie reuersi: similiter etiam reliqui Pe/loponnesi ciuitates paulatim res.p. componebant: colebant agros ludos ac sacrificia deorum renouabant. Quippe assiduo bellorum usu factũ erat: ut hec omnia quasi e memoria excidissent. Athe/nienses timore Macedonum liberati optima iam libertate frui ui/debantur: Verum cum Euryclidam & Micionem duces haberẽt: eorũ imprudentiam secuti omnium fere regum ac precipue Pto/lomei tributarii erant. Ptolomeo statim posthec tempora bellum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

aduersus egiptyos subortum est. Hic enim cum egyptios in bello aduersus Antiochum secū habuisset: aliquandiu opera eorum usus mox ab eis relictus est. elati enim rebus circa Rhaphiam gestis: haud āplius parere regi uoluerunt. sed ducem aliquē querebant: tanquam ipsi iam gerendo bello per se sufficerent. Quod etiam tandem non longe post tempore factum est. Antiochus ingenti apparatu ad res bellicas per hyemē facto: proxima de hinc estate Taurum transcendit: & inita cum Attalo rege societate bellum aduersus Acheum renouauit. Etoli & si pacem inicio gratissimam habuere: quod bellum longe aliter q̄ spes eorum fuerat successisset & proinde Agelaum naupactiū ducem elegerunt: cuius precipua opera pax fuerat secuta: procedente tamen tempore grauiter Agelaum accusare: ac de eo non mediocriter conqueri ceperunt. q̄ etius causa ōnes utilitates quas extrinsicus permultas habebāt amm̄sissent: quando quidē non aliquā partē sed uniuersam plane greciam pacificasset. Verum tamen Agelaus equo animo huiusmodi iniuriam ferens impetū eorum reprimebat. Exquo illi quoq; contra eorum naturam tēporare iracundiam suam sunt coacti. Philippus rex cum post factam pacem soluta classe in Macedoniā nauigaret: Scerdilaide i itinere obuians: qui sub p̄textu debite sibi pecunie: cuius rei gratia naues in Leucade uti supra diximus ceperat: tunc Pelagonie quoq; opidum nomine Pisseum i predā uerterat: & cōplures Daretidis ciuitates Antipatriā: Chrisondionem: Gerontem: preterea etiam non paruam Macedonie partem sibi partim hortatu: partim uiribus asciuerat: extemplo copias in terram posuit: omni studio ad predictas ciuitates recuperandas intentus. Omnino autē bellū aduersus Scerdilaidā gerere decreuit: per necessarium existimans illyrium ditioni sue subiicere cū ad alias res gerēdas tū maxime ad trāsfretationē i italiā. Quā opinionem Demetrius confirmare regi nitebatur: uidisse se in sōnis inquiens Philippum hec omnia molientem. quod nō tam philippi gratia faciebat q̄ odio Romanorum: & q̄ per eum modum recuperaturum se loca quibus circa pharum spoliatus fuerat: arbitrabatur. Philippus itaq; admotis copiis predictas omnes ciuitates occupauit. In Dassaretide enim cepit Creonium & Gerontem. Circa Lychnidiam paludē Enchelanas: Ceracem: Sationē: Boios.

Pissum
Antipat
Chrisso
Gerton

Creoniu
Lychni
Enchel
Cerac
Sato
Boio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

In Calcecinorum uero prouintia Bantiam. Apud Pisantinos Orgyssum. Quibus peractis copias in hiberna dimisit. Erat autē hec hyems: qua Hānibal precipua ītalie loca depopulatus ī Dānia hyemabat: Romani uero Aulum Terentium: &. L. Emiliū consules nouis comitiis creauerant. Philippus dum in hibernis esset ratus naues sibi opus fore non tam ad naualem pugnam: quippe impotentem se omnino mari esse aduersus Romanos arbitrabatur: quam ad transfretationem copiarum in Italiam: centum lembos parauit. quod ante eum nemo fere regum Macedonie fecerat. Aduentente deinde estate: & Macedonibus remigio leuiter exercitatis: cū copus soluit. Sub idem tempus Antiochus taurum transcendit. Philippus facto per euripum & Maleam itinere ad loca que sunt circa Cephallontam & Leucadem uenit. Vbi castris in terrā positis uallo ac fossa ea diligenter munuit: si quidē romānorū classem mirum in modū formidabat. Vbi uero eam iuxta lilybeū esse per exploratores didicit. animo auctus ceptum iter prosequitē cursu Apollontam uersus directo Cumq; iam iis locis appropinquasset que sunt circa Lotum amnem iuxta Apollontam pter fluentem: quidam ex lembis qui ultimo loco sequebantur delati in insulam que Sason dicitur: estq; in ingressu ionici sinus noctu ad Philippū uenerūt: dicētes allocutos se quosdā fuisse a siculo freto nauigantes: hos nunciasse quinqueremes romanorum a se circa Rhegium relictas Apollontam & ad Scerdilaidā cursum tenere. Philippus ratus ob id classem iam non lōge abesse subito terrore correptus & collectis ancoris inbibere remos ac conuertere iter iussit. trepideq; & nullo seruato ordine retrocedens: postridie Cephallontam appulit ne nocte quidem cursum dirimente. Hic recreatis parūper animis aliquandiu constitit: simulans se urgentibus certis peloponnesiacis rebus eo reuersum esse. Accidit autem omnē eum timorem esse falsum. Etenim Scerdilaidas cū audiuisset Philippum per hyemem magnam multitudinem lemborum edificasse aduentum eius per mare ueritus auxilium romanorū per legatos implorauit. Romani decem naues ex classe que lilybei erat misere he iuxta Rhegium transeuntes fuerunt usi. Quarum timore nisi frustra correptus rex fugisset: & iis potiri facile poterat: & peroportunum ad res illyricas tempus habere. Romanis rursus ingent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

clade iuxta cannas ab Hãnibale affectis: & fere ad internitionẽ usq; ꝓfligatis. Nũc aũt ĩani timore ꝑculsus: tutã qdem uerũ tñ turpissimã fugã in Macedoniã fecit. Sub idẽ tp̃us Prusias quoq; rẽ mẽoria dignissimã gessit. Galli quos ex Europa rex Attalus bello aduersus Acheũ ĩ asiã trãsfretauerat: cũ ob mẽoratas a nobis superius suspitiões a p̃dicto rege discessissẽt: uniuersas hellesponti ciuitates cupide nimiũ ac crudeliter depopulabãt. Hi cũ ad extremũ Eliensiũ quoq; urbem obsidiõe cinxissẽt: egregium sane facinus cõmissũ fuit ab his q Alexandriã colebãt. Siqdẽ Themiste duce cũ quatuor milibus hominũ aduersus illos misso: nõ solũ Eliensium obsidionem dissoluerunt: uerum etiam gallos ex omni troade expulere: partim ꝓhibentes eis commeatũ: partim omnis eorum conatus impedientes. Galli Arisba oppido in Abydenorũ regione capto: reliquũ iã uicinis ciuitatibus insidiabant: bellũq; aduersus omnes gerebãt. Cõtra quos Prusias cũ copiis ꝓfectus ĩito mox prelio exercitũ eoꝝ ꝓfligauit: filios fere oẽs atq; uxores passĩ nulla sexus aut etatis rõe habita ĩterfecit. castra diripi a militibus passus ẽ. Quibus ꝑactis maxĩo tĩore ac ꝑiculo hellespõtũ liberauit: optimũq; posteris exẽplũ reliqt: ne barbaritã facile ex Europa ĩ Asiã trãsfretarẽt. hec igit ea tẽpestate ĩ gretia atq; Asia gerebãt. In Italia uero post ꝓfligatũ cãnẽsi p̃lio rõanoꝝ exercitũ q̃plurĩe ciuitates ad cartaginẽses deferere sicuti supioribus libris mẽorauĩus. ueꝝ nos qdẽ narrationẽ eoꝝ tẽpoꝝ hoc loco termĩabĩus: qñ qdẽ satis ostẽsũ ẽ: quo ĩ statu res Asiatice & grece forẽt cẽtesĩa & q̃dragesĩa olympiade. Quibus ĩ sequẽti libro breuiter ac summatim repetitis: orationem deinceps ad Romanoꝝ rẽ publicã sicuti ab initio statuimus: conuertemus.

Aspicis illustris lector quicunq; libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina teutona: forsan
Mitiget ars musis inscia uerba uirum.
Cõradus suueynheym: Arnoldus pãnartzq; magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M.CCCC.LXXIII.
die iouis ultima decembris.

Arisba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13

Esemplare completo, di cc. 156, con antica numerazione che omette la prima carta, manoscritta, e l'ultima, bianca.

Gennaio 1921

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. B.7.13